



# **Catalogus codicum manu scriptorum Bibliothecae Universitatis Rheno-Trajectinae**

<https://hdl.handle.net/1874/9360>

CATALOGUS  
CODICUM MANU SCRIPTORUM  
BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS  
RHENO-TRAIECTINAE

II



TRAIECTI AD RHENUM  
APUD A. OOSTHOEK  
1909



## PRAEFATIO.

*Liber quem viris doctis offerimus divisus est in tres partes; sequuntur indices seu elenchi sex. De quorum singulis nostrum est explicatius disserere.*

*Primum locum dedimus Additionibus et Correctionibus, quas ad codicum manuscriptorum catalogum, anno 1887 a doctissimo P. A. Tiele diligenter editum, censuimus adiciendas. Sed solos fere hic spectavimus codices latinos theologicos, quorum bibliotheca nostra singularem et in hisce regionibus sine dubio principem habet copiam, ex veteribus potissimum ecclesiis et monasteriis Rheno-Traiectinis congestam. Quam cum in posterum eiusmodi codicibus augere bibliothecae Praefecto in animo sit, peculiari cura tractavimus.*

*In hac igitur prima parte omnes libellos memoravimus quorum auctores vel non, vel minus recte in doct. Tielii catalogo indicabantur, quorumve indoles et natura ex descriptione ab eo facta non satis erant perspicuae. Magnam in his additamentis elaborandis cepimus utilitatem tum ex Initiis latinis, a doctissimis viris M. Vattasso et A. G. Little collectis, tum etiam ex „Bibliotheca hagiographica latina” quam ediderunt Socii Bollandiani; maximam tamen ex novissima operum omnium S. Fonaventurae editione, a Patribus Franciscanis Quaracchianis curatam, et ex Initiorum quadam collectione, quam ipsi ad nostrum paravimus usum.*

*Laborem haud modicum locavimus in fragmentis libellisque acephalis genuinis suis auctoribus restituendis. Eorum libellorum et fragmentorum, quorum auctores nobis manserunt incompti, collegimus initia, quae huius libri initio praefiximus.*

*In secunda parte descripsimus codices amplius trecentos, qui inde ab anno 1887 bibliothecae nostrae, ex donationibus praesertim, accesserunt. Qui cum nullo praefinito fuerint collecti consilio, indolis sunt maxime diversae. Plures tamen pertinent ad historiam Civitatis vel Provinciae Rheno-Traiec-*

tinæ, insuper non pauca acta varia et chartarum continent apographa. Quos improbo labore minutatim suscepimus describendos.

Tertia deinde pars illos codices offert descriptos, qui licet ex ecclesiis et monasteriis Rheno-Traiectinis oriundi sint, in alienis tamen servantur bibliothecis. Eo præcipue consilio hanc elaboravimus partem, ut viris doctis, qui recomponendis veterum bibliothecis delectantur, peroptatum afferremus munimentum.

E sex quos confecimus indicibus, primus quem iam memoravimus, initia nonnulla exhibet libellorum theologorum. Indici quem deinde paravimus generali integrum prioris tomi inseruimus indicem, ita ut ex illo statim pateat, quidquid in utroque Catalogi tomo de quadam re vel persona scriptum fuerit. Insuper adiecimus elenchos duos quibus ostenditur, qui codices descripserint, possederint et bibliothecae donaverint, et ex quibus ecclesiis et monasteriis codices ad nostram pervenerint bibliothecam; quintum quoque dedimus indicem, in quo enumerantur codices anno 1550 vetustiores, certam anni notam habentes.

Instrumenta tandem publica, quæ in codicum tegumentis invenimus affixa, in ipsorum codicum descriptionibus diligenter laudavimus. Personarum et locorum nomina, quæ in instrumentis ante annum 1528 confectis occurrunt, exhibet elenchus sextus.

Grato demum libentique animo recordamur viros illos doctos, qui eximia benevolentia nos in hoc libro conficiendo adiuverunt; chirographorum nempe custodes bibliothecarum Regiæ Berolinensis et Nationalis Parisiensis, Reverendos quoque D.D. A. Noyon (Jersey) et Godefridum Vielhaber, O. Praem. (Schlägl), qui ex initiorum, quos habent, elenchis, haud pauca nobis suppeditarunt, quæ grato animo accepimus. Doctissimos insuper viros S. Muller F. f. et W. H. van de Sande Bakhuyzen, qui huius libri folia corrigendo perhumaniter nobis adfuerunt. Maxime tamen amicum optimum R. Patrem fr. Bonaventuram Kruitwagen, O. F. M., quem non solum in codicibus theologis describendis per tres fere menses comitem habuimus assiduam, sed et in toto libro parando eximium adiutorem.

A. HULSHOF.

## T A B U L A.

---

I. ADDITIONES ET CORRECTIONES AD CODICES IAM A TIELE DESCRIPTOS, p. IX—68.

II. CODICES QUI INDE AB A. 1887 BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS RHENO-TRAIECTINAE ACCESSERUNT; p. 71—254.

### **Codices Latini.**

Theologia medii aevi, N°. 1583—1590.

Theologia et philosophia recentioris temporis, N°. 1591—1595.

Jurisprudentia, N°. 1596—1620.

Medicina, Physica, Chemia, Mathesis, N°. 1621—1638.

Historia et Geographia, N°. 1639—1660.

Hist. universalis et patriae: N°. 1639—1648; hist. Rheno-Traiectina: N°. 1649—1660.

Litterae, N°. 1661—1687.

### **Codices Belgici.**

Theologia medii aevi, N°. 1688—1696.

Theologia et philosophia recentioris temporis, N°. 1697—1722.

Jurisprudentia, 1723—1764.

Historia et Geographia, N°. 1765—1844.

Hist. universalis et patriae: N°. 1765—1789; hist. Brabantiae: N°. 1790; hist. Gelbiae: N°. 1791—1792; hist. Hollandiae: N°. 1793—1800; hist. Rheno-Traiectina: N°. 1801—1842; hist. Zeelandiae: N°. 1843—1844.

Litterae, N°. 1845—1876.

Historia Naturalis, Mathesis cct., 1877—1882.

**Codices Germanici et Gallici, 1883—1891.**

**Libri typis vulgati cum notis mss., N°. 1892—1907.**

III. CODICES EX ECCLESIIS ET MONASTERIIS RHENO-TRAIECTINIS  
ORIUNDI, QUI IN ALIENIS EXSTANT BIBLIOTHECIS, p. 257—271.

Addenda et Corrigenda, p. 273—277.

Indices, p. 279—378.

ELENCHUS LIBRORUM SAEPIUS LAUDATORUM.

- J. G. R. ACQUOY, Het klooster Windesheim en zijn invloed. Utrecht 1875—80.  
L. PH. C. VAN DEN BERGH, Oorkondenboek van Holland en Zeeland. Amsterd. 1866—73.  
B. H. L. = Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis. Ed. Socii Bollandiani. Bruxell. 1898—1901.  
G. BROM, Register van oorkonden betreffende het Sticht Utrecht (694—1301). Utrecht 1908.  
U. CHEVALIER, Repertorium Hymnologicum. Louvain 1892—1904.  
DAVID AB AUGUSTA, De exterioris et interioris hominis compositione. Quaracchi 1899.  
H. DENIFLE, Quellenbelege zu Luther und Lutherthum. Mainz 1905.  
H. HURTER, Nomenclator literarius theologiae catholicae theologos exhibens aetate, natione, disciplinis distinctos. Ed. III. Oenip. 1903—07.  
W. P. C. KNUTTTEL, Catalogus van de pamflettenverzameling berustende in de Koninklijke Bibliotheek. 's Gravenh. 1899vv.  
A. G. LITTLE, Initia operum latinorum quae saeculis XIII. XIV. XV. attribuuntur. Manchest. 1904.  
A. MATTHAEUS, Veteris aevi analecta seu vetera monumenta hactenus nondum visa. Ed. II. Hagae Comit. 1738.  
F. VAN MIERIS, Groot Charterboek der graven van Holland, Zeeland en heeren van Vriesland. Leyden 1735—56.  
W. MOLL, Kerkgeschiedenis van Nederland voor de Hervorming. Arnhem euz. 1864—71.  
MG. LL. = Monumenta Germaniae historica, cet. Hannov. 1826 ss. Leges.  
MG. SS. = Monumenta Germaniae historica, cet. Hannov. 1826 ss. Scriptores.  
MIGNE, P. L. = Patrologiae cursus completus seu bibliotheca omnium patrum doctorum scriptorumque ecclesiastic., cet. Series Latina. Accur. J. P. Migne. Paris. 1844 ss.  
J. QUÉTIF ET H. J. ECHARD, Scriptores ordinis praedicatorum. Paris. 1719.  
F. ROTH, Zur Bibliographie des Henricus Hembuche de Hassia dictus de Langenstein in *Beihfte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen*. Leipzig 1888—89. Bd. 1.  
M. VATTASSO, Initia patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum latinorum. Romae 1906—08.  
J. VAN DE WATER, Groot Placcaatboek vervattende alle de placaten, ordonnantien en edicten der Staten 's Lands van Utrecht, mitsg. van de Burgermeesteren en Vroedschap der stad Utrecht. Utrecht 1729.

ADDITIONES ET CORRECTIONES

AD CODICES

IAM A TIELE DESCRIPTOS.



INITIA LIBELLORUM THEOLOGICORUM QUORUM AUCTORES  
SUNT DUBII VEL NONDUM INNOTUERUNT.

---

- Aaron consecratio. Exodi 3<sup>o</sup>. Aaron et filii eius. — [*Tabula super Bibliam*] (Cod. 370, fol. 146—161).
- Accedamus ergo et contemplemur currum Israel et videamus primo de contritione. — *Tract. de contemplatione qui dicitur Turris Israel [et Carrus Israel]* (Cod. 358, fol. 49—55).
- Ad expugnandum et vincendum indefessum, infestum et pervigilem hostem . . . (Inc. Cap. I) Diabolus tentans dicit: Superbus esto. Angelus bonus custos. — *De VII peccatis mortalibus* (Cod. 339, fol. 1—23).
- Ad gloriam et honorem Dei . . . atque gratiam ingenui viri domini Stephani Garetarii qui significavit mihi se appetere . . . (Inc. opus) De parte autem aminae. Iste tractatus pro sui distinctione potest dividi in quinque partes. — JOAN. DE GANDUNO, *Scripta super tertium de anima* (Cod. 231, fol. 59—74). Vide quae notavimus ad cod. 231.
- Ad habendam materiam in thematibus proceditur decem modis. — *Tr. de modo praediciendi* (Cod. 181, fol. 88—89; cod. 317, fol. 104—105).
- Ad hoc studeat quisque bonus religiosus ut habeat cordis puritatem. — *Admonitio regularis disciplinae* (Cod. 171, fol. 9—10; cod. 384, fol. 79—81).
- Adoramus te Christe Iesu, pretiosum nostrae redemptionis . . . pretium, hostia pacifica. — BERNARDUS, *Planctus de Passione Domini* (Cod. 159, fol. 91—95).
- Aleph interpretatur doctrina, Beth domus. — Vide: „Et factum est postquam.”
- Aliqui per (propter) cordis pusillanimitatem putant se desperare cum non desperant. Sentiunt etiam motus desperationis. — HUGO DE S. VICTORE, *De tentationibus* (Cod. 57, fol. 76—78; cod. 386, fol. 74—75).
- Anno dominicae incarnationis DCCvii indictione vj. — *De adventu S. Bonifacii ad Romam* (II p. 266).
- Ante prandium esurire, ante potum sitire, ante lucem surgere sanitas magna est. — *Doctrinae morales* [cum commentario] (Cod. 325, fol. 1—35).
- Ante sex dies Paschae. — Vide: „Jesus ante sex dies Paschae.”
- Antiphona graece, latine vox reciproca dicitur. Hoc interest inter responsoria et antiphonas quia ab uno responsorium incipitur. — [*Tractatus de musica*; in fine Anti-

- phonarii saec. XII—XIII] (Cod. 406, fol. 229). Nonnulla huius libelli incisa verbotenus reperiuntur apud ISIDORUM HISPALENSEM, *Sententiae de musica*, Cap. VI (ed. Gerbert, *Scriptores de musica*, I [typis Blasianis 1784], 21—22. Vide etiam: „Primus tonus finitur“.
- Aperi Domine os meum ad laudandum sanctissimum et ineffabile nomen tuum. — *Prologus in* (pseudo-) BONAVENTURAE *psalterium maius de B.M.V.* (Cod. 327, fol. 121).
- Arguat se peccator de negligentia si reus sit his modis. — *Quid sit confitendum de multiplici negligentia* (Cod. 339, fol. 23—28).
- Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius. Cant. 7. Haec verba bene possunt exponi de h. Andrea. — *Sermones Lucani* (Cod. 243, fol. 1—264).
- Attendite a falsis prophetis... Pro gratia S. Spiritus impetranda nobis valde necessaria. — CARD. ALBERTI AVENIONENS., *Sermo contra duos fratres haereticos an. 1355 combustos* (Cod. 373, fol. 161—163).
- Audienti sapiens sapientior erit; multo fortius debet audire stultus... Quomodo timor principium sit sapientiae. — *Tractatus de timore Dei principio sapientiae* (Cod. 176, fol. 133—143). Vide etiam: „Fulcite me floribus“ et „Ibo mihi ad montem myrrhae.“
- Auditor causae appellationis interpositae statim potest. — *Conclusiones decisionum de iure canonico* (Cod. 261, fol. 155—167).
- Audivimus, fratres carissimi, cum Evangelium legeretur dixisse Dominum ad turbas et ad discipulos suos: Bonus homo de bono thesauro. — *Sermo* (Cod. 57, fol. 72—73).
- Auree Baptiste non est similis tibi natus. — *Versus Leonini de S. Johanne Baptista* (Cod. 261, fol. 125).
- Ave gratia plena... Carissimi, sicut praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati. — *Sermones* (Cod. 368, fol. 1—12).

- Baptismus** celebratur in aqua. — Vide: „In virtute Spiritus sancti.“
- Beata Prisca Romae orta ex nobili prosapia. — *Passio S. Priscæ* (II p. 269).
- Beatissima virgo Maria in verbis istis. — Vide: „Magnificat anima mea.“
- Beatus homo qui manducat panem in regno Dei. Hic est panis qui cor hominis confirmat. — *Sermo BERNARDI* (Cod. 158, fol. 109—111).
- Beatus igitur Willibrordus in Britannia insula provincia norderumbrana. — *Epilogus in vitam S. Willibrordi* (Cod. 122, fol. 91—97).
- Beatus Paulus docuit. — Vide: „Dilecti filii.“
- Beatus vir qui non abiit. Impius est. — Vide: „Psalterium nomen accepit.“
- Bereschit hebraice, Genesis graece. — Vide: „Desiderii proprium nomen.“
- Bos ut erat petulans cornentibus obice cursum. Notandum quod per hunc versum intelliguntur septem Sacramenta. — *Liber de Sacramentis et poenitentiarum* (Cod. 387, fol. 50—59). Vide etiam: „In virtute Spiritus sancti.“

- Carbonum** et cinerum reliquiis emundatur a coquente pavementum. — RICHARDUS DE S. VICTORE, *De multiplici pane sacrificii legalis* (Cod. 280, fol. 132—134).
- Carissimi, discutere quod fraternalis vestra dilectio exigit sine melioris iudicii submissione, frater innominatus non praesumit. — *Quaestio de obedientia* (Cod. 146, fol. 387—389).
- Circa libros sententiarum primo quaeritur: Utrum notitia S. Scripturae sit habitus



- practicus vel speculativus. — *Quaestiones theologicae ex libris Sententiarum* (Cod. 357, fol. 1—19).
- Circa ludum qui ab hominibus Indus chartularum. — Vide: „Secundum sententiam doctorum.”
- Clama, ne cesses quasi tuba . . . . Quid turbati estis et cogitationes ascendunt . . . . An vobis videor hodiernae solemnitatis oblitus. — RICH. DE S. VICTORE, *Sermo de b. Gregorio* (Cod. 280, fol. 139—142).
- Clerice metra legas lege rex videas ubi degas || Sum doctor laetus. — *Metra de morte* (Cod. 1586, fol. 212—214).
- Coclesti convivae N. cum illo qui est splendor paternae gloriae . . . . Omni habenti dabitur. — *Abbrevisatio libri fr. JOHANNIS RUUSBROEC de ornatu spiritualium nuptiarum seu Epistola cuiusdam docti et devoti viri* etc. (Cod. 79, fol. 107—109).
- Cognitio veritatis de pausis temporum circa motum solis et lunae . . . . (Inc. versus).  
Penta. viginti. trede. iota. desep. quina. — *Computus cyrometralis* (Cod. 292, fol. 130—163).
- Communis vita est multum utilis et proficua volentibus proficere. *De communi vita* (Cod. 1586, fol. 201—205). Cf. Little, *Initia*, p. 43.
- Considerans historiae sacrae prolixitatem necnon et difficultatem. — *Series SS. Patrum* etc. (!). (Cod. 261, fol. 142—149). — PETR. BERTHORUS(?) *Breviarium Bibliae* (cf. Io. Trithemius, *De Script. eccl.*, ed. Freher, Francofurti 1601, p. 326). Little, *Initia*, p. 44 libellum adscribit semel PETRO PICTAVIENSI, semel vero ANONYMO O. F. M. Alibi incipit: „Sciens ego historiae sacr. prolix.” (Cf. Van den Gheyn, *Catalogue des mss. de la Bibl. Royale [de Bruxelles]* t. II, n. 1223 sub 2; vide etiam t. I, nn. 166—174).
- Creator omnium Deus Pater omnipotens ubique est et ubique totus est. — *Liber florum b. Gregorii Papae* (Cod. 95, fol. 1—159).
- Cum ad Dei dilectionem in nobis excitandam, nutriendam et augmentandam. — *Septem particulae pro horis canonicis* (Cod. 379, fol. 23—24).
- Cum de praesentis exilii miseria mortis transitus propter (bene) moriendi imperitiam. — *Tract. de arte moriendi* (Cod. 58, fol. 24—50; 173, fol. 114—121; 379, fol. 1—22). Vide quae diximus ad cod. 58.
- Cum musica quae secundum beatum Augustinum in domo Dei — [*Tractatus de Musica*] (Cod. 408, fol. 283—289).
- Cupientes aliquid etc. Hic liber sententiarum prima sui divisione [distinctione?] dividitur in tres partes . . . . (Inc. Qu. I) Veteris ac novae legis continentia . . . . Postquam magister praemisit sui libri prologum hic aggreditur tractatum qui dividitur in 4<sup>or</sup> partes. — *Continuationes IV librorum Sententiarum mag. P. Lombardi ep. Parisiensis per me Johannem gronigis* [auctor an transcriptor?] an. 1473 (Cod. 232, fol. 1—87).
- De** ieiunio quatuor temporum licet nota sit auctoritas. — *De auctoritate ieiuniorum quatuor temporum* (II p. 259).
- De parte autem animae. Iste tractatus pro sui distinctione. — Vide: „Ad gloriam et honorem Dei.”
- Desiderii proprium nomen est cuiusdam episcopi familiaris . . . . Bereschit hebraice, Genesis gracee, latine Generatio. In principio creavit Dominus . . . . Ambrosius: Principium autem refertur ad tempus. — *Glosae super totam Bibliam* (Cod. 335, fol. 1—168).

- Deum esse multis modis ostenditur. Hoc enim fides recta testatur. — *Contemplatio [ascetica de Compendio Theologicae veritatis]* (Cod. 358, fol. 2—32). Vide: „O tota anima.”
- Diabolus tentans dicit: Superbus esto. — Vide: „Ad expugnandum.”
- Dicite filiae Sion ecce rex tuus . . . . Hodie incipit ecclesia agere de adventu Domini. — *Sermones de Tempore et de quibusdam Sanctis* (Cod. 349, fol. 94—225).
- Dicitur secundum doctrinam b. Dionysii. — Vide: „Quia vita contemplativa.”
- Dilecti filii, beatus Paulus docuit nos hodie valde utilem et necessariam doctrinam. — *Sermo eiusdem magistri [vide: „Ecce sponsus”] ad reclusas* (Cod. 358, fol. 117—125).
- Dilectionem tuam attendite (*al.* attentius) deprecor quatenus inter infinita Dei beneficia. — B. BERNARDUS, *De beneficiis Dei ad Gherardum fratrem suum* (Cod. 161, fol. 84—85; cod. 387, fol. 131).
- Discutere quod fraternalis. — Vide: „Carissimi. Discutere quod.”
- Domine Deus meus misericordia mea remitte mihi misericors. — AMBROSIIUS, *Oratio post Missam* (Cod. 38, fol. 51—52).
- Dominus Iesus Christus imminente Passionis. — Vide: „Tristis est anima mea.”
- Dominus noster Iesus Christus in die palmarum Ierusalem iturus congruam elegit viam. — BERNARDUS, *Sententiae contemplativae* (Cod. 158, fol. 33—61). Vide quae notavimus ad cod. 158 h. l.
- Dominus noster Iesus Christus qui ait ego sum via veritas et vita. Ambulare nos voluit per se ipsum. — AUGUSTINUS, *Ex quodam sermone de timore dei* (Cod. 1584, fol. 97a—98a).
- Domum tuam decet sanctitudo. Ps. 92. Nota triplicem domum Dei sc. materialem, spiritualem et coelestem. Prima domus quae est Ecclesia. — *Sermo in dedicatione ecclesiae* (Cod. 357, fol. 19—21).
- Duae sunt species excommunicationis. Una quae separat a sacramentis. — *Summula theologiae* (Cod. 292, fol. 62—121). Ex capitulo XXXIV *De Feriis*, patet auctorem vel compilatorem vixisse in Diocesi Traiectensi. Cf. quae diximus ad cod. 292 h. l.
- Dubitatur an prudentia monastica. — Vide: „Quisquis ergo.”
- Dudum a me postulastis vobis aliquid scribi de otio sancto. — *Tractatus de otio sancto et de iusto negotio*. (Cod. 1585, fol. 84—106).
- Dudum debitus nuper debendi reus tibi. — *Variae verborum significationes* (Cod. 312, fol. 115—126).
- Duo mihi creditores instant prae foribus . . . . (Inc. Pars I). His ergo funiculis hinc inde contentiose. — *Tractatus de Nativitate, Conceptione (Verbi divini) et Assumptione B.M.V.* Dividitur in 3 partes (Cod. 136, fol. 128—165).
- Ecce** fratres resonat hodie in auribus. — Vide: „Quantum video.”
- Ecce sponsus venit . . . . Sponsus enim iste Christus est et natura humana sponsa est. — *Epistola cuiusdam doctoris ad moniales* (Cod. 358, fol. 114—117).
- Ego frater N. promitto stabilitatem meam . . . . Haec est forma ut communiter professionis religiosorum. — *De laude inclusionis religiosorum* (Cod. 332, fol. 95—139).
- Emersisse reprehensibilem et valde insolitum usum comperimus eo quod quidam. — *De corepiscopis* (II p. 259).
- Erunt signa in sole et luna . . . . Quamvis multiplex. — Vide: „Ignorantiae propriae.”
- Et factum est postquam . . . . Aleph interpretatur doctrina, Beth domus . . . . (Inc. Comm.)

- Jeremias destructionem Ierusalem futuram prophetavit. — *Comment. in Lament. Ieremiae* (Cod. 176, fol. 101—131).
- Exaltata est super choros angelorum Virgo Deo dilectissima.... (*Super Evang. „Missus est“*) Superni nuntii dignationem. — *Sermones de B.M.V.* (Cod. 366, fol. 1—8 et 17—38).
- Extende homo paulisper sensus carnis et irreverentia corporearum. — *Gemma Crucifixi* (Cod. 166, fol. 45—52).
- Factum est in anno XIX imperii Tiberii Caesaris. — *Passio D. N. J. C. sec. Nicodemum* (Cod. 316, fol. 91—96).<sup>1)</sup>
- Fiet unum ovile et unus pastor. — Vide: „Onus hoc praesens.”
- Frater vel soror, laetaris te... Etiam. Et merito dicit interrogans, quia fides christiana. — *Liber qui dicitur Totum bonum* (Cod. 345, fol. 1—238). Habet codex tres series septenas habentes Collationes in „Interrogationes S. Anselmi.”
- Fratres mei carissimi, anima de corpore exhibit sed non sponte. — *Admonitio de morte* (Cod. 143, fol. 146).
- Fratres si in hac vita tantum.... Verba sunt. b. Pauli Ap. in quibus intenditur. — *Expos. in I Cor. XV. 19 ss.* (Cod. 387, fol. 125—126).
- Fulcite me floribus etc. Est autem triplex flos praecipuus sive fructus (Viola, Rosa, Lilium). — *Tractatus de...?* (Cod. 176, fol. 143). Immediate sequitur post libellum: *Audiens sapiens sapientior erit.*
- Funiculus triplex difficile rumpitur... Iste triplex funiculus potest dici Patris potentia.... (Inc. Comm.) Osculetur me osculo.... Osculetur me inquam scilicet Deus Pater osculo oris sui. — THOMAS VERCELLENSIS, *In Cant. Canticorum „excerptus tamen“* (Cod. 302, fol. 76—192). Vide quae diximus ad cod. 302 I. c.
- Gervago (Gerungo?) Marbacensis congregationis praeposito.... Bertramus humilis ecclesiae S. Rufi servus salutem.... (Inc. Ep.) Sancto Spiritui gratias agimus cuius instinctu. — *Epistolae declarantes regulam S. Augustini* (Cod. 111, fol. 102—110). Vide Addenda et corrigenda ad hunc cod.
- Haec est forma ut communiter professionis. — Vide: „Ego frater N. promitto.”
- His ergo funiculis. — Vide: „Duo mihi creditores.”
- Hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille. Io. VI. Vides quomodo fidem opus vocavit. — *De fide et lege naturae* (Cod. 116, fol. 138—147).
- Hodie incipit Ecclesia agere. — Vide: „Dicite filiae Sion.”
- Hora est iam nos de somno surgere. Rom. XIII. Dicit Aristoteles libro de somno et vigilia: Dormiens faciens opera. — *Themata sermonum* (Cod. 316, fol. 99—103).
- Humilis timore Dei correptus et amore poenitentiam libenter amplectitur. — *Signa humilitatis* (Cod. 227, fol. 202—203).
- Ibo mihi ad montem myrrhae.... Tria proponuntur: mons myrrhae, collis Libani vel

1) Est *Evangelii Nicodemi* Pars I et II, typis vulgati a C. Tischendorf, *Evangelia apocrypha* (Lipsiae 1853), p. 314—395.

- thuris. — *Tractatus* (Cod. 176, fol. 131—133). Huius libelli continuatio forte invenitur sub: „Audiens sapiens.”
- Ieremias destructionem Ierusalem. — Vide: „Et factum est postquam.”
- Iesus ante sex dies Paschae venit Bethaniam in domo Simonis . . . (Des.) capere eos qui scribendi sunt libros. — *Passio D. N. I. C. cum concordantiis IV Evangelistarum* (Cod. 386, fol. 109—140).
- Ignorantiae propriae subvenire cupiens et aliorum simplicium praedicatorum . . . (Inc. Sermo I): Erunt signa in sole et luna . . . Quamvis multiplex sit Dei adventus teste Scriptura. — *Postillationes Evangeliorum* (Cod. 356, fol. 1—433). Vide notata ad cod. 356.
- In collationibus Patrum dicitur. — Vide: „Verbum Dei habitet in vobis.”
- In die illa nutriet homo . . . Labor parvus sed fructus non modicus. — RICH. DE S. VICTORE (Cod. 280, fol. 134—139).
- Ingressus Iesus . . . Notandum quod quidam. — Vide: „Venit filius hominis quaerere.”
- In nomine Domini omne genu flectatur coelestium, terrestrium. — Vide: „Pervenit ad me.”
- Inprimis dicendum cur psalterium ab omnibus primitus discatur. — *De laude psalterii* (Cod. 385, fol. 1—5).
- In principio creavit Dominus. — Vide: „Desiderii proprium nomen.”
- In principio erat verbum. — Vide: „Sanctum Evangelium.”
- Introduxit me rex in cellam vinariam . . . Haec sunt verba sponsae, fratres mei, sponsi sui beneficia recolentis. — *De claustro aminae*. Prologus, et 4 §§. (Cod. 248, fol. 151—152).
- Invenietis infantem pannis involutum. — Vide: „Sapientiam sanctorum.”
- In veritate didici nil aequae efficax esse ad gratiam promerendam. — *Tractatus* (Cod. 173, fol. 89—90).
- In virtute Spiritus Sancti praecipimus ut honor debitus et reverentia exhibeatur singulis Ecclesiae Sacramentis. Baptismus celebratur in aqua et non in aliquo alio liquore. — [*De Sacramentis?*] (Cod. 387, fol. 60—64). Libellus in codice statim sequitur post alterum qui incipit: „Bos ut erat petulans.”
- Iohannes Climacus abbas montis Sion cui alius abbas sic scripsit: Supermirabili. — [IAC. GRUYTODE, O. Carth. ?], *De definitione nominis Monachi* (Cod. 205, fol. 171—174). Vide quae diximus ad cod. 205 h. l.
- Iste est quartus liber ethicorum aristotelis in quo determinat de virtutibus moralibus moderantibus passionem inspicientem bona vel mala. — *Ex quodam commentario in libros ethicorum Aristotelis* (Cod. 1588, fol. 3—13).
- Lavamini mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. — *Sermones nonnulli hiemales de Tempore et de Sanctis* (Cod. 365, fol. 1—74).
- Liber generationis . . . Praefatio totius operis praemisit de quo dicitur. — *Homelia L eiusdem* [BERNARDI?] (Cod. 59, fol. 157).
- Magnificat anima mea Dominum. Lucae 2°. Beatissima virgo Maria in verbis istis. — *Sermones super Magnificat* (Cod. 367, fol. 84—103). Vide Addenda et Corrigenda ad hunc cod.
- Martina virgo nobilis et splendida, Romae senatorum progenie orta. — *Passio S. Martinæ* (II p. 269).

- Missa suo modo tam plena est mysteriis sicut mare guttis. — *De remediis contra pericula quae possunt contingere circa canonem* (Cod. 1586, fol. 206—212).  
 Multis modis ostenditur Deum esse. — Vide: „Quamvis revera.”
- Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat. (Inc. Stat. II) Quia propter diversas electionum formas. — *Statuta duo de eligendo pastore pro ecclesiis viduatis* (II p. 258).
- Ne temere quid loquaris nec cor tuum sit velox ad profitendum sermonem coram Deo. — *Excerpta ex tract. de professione monachorum* (Cod. 368, fol. 51—58).
- Noli, frater, nimium contristari pro isto eventu quod accidit. — *Epistola consolatoria scripta cuidam tribulato* (Cod. 227, fol. 193—196).
- Noscere si quaeris quantum sciat ars mulieris. — *Versus de arte muliebri (et de Simonia?) fr. Iarzonis Rusbrötelin O. F. Praed. conventus Argentinensis* (Cod. 317, fol. 89).
- Notis, fratres carissimi, qualiter Satanas subintrans viscera Iudae procuravit ut ipse. — *Sermo* (Cod. 261, fol. 176—180). Cf. Addenda et Corrigenda ad hunc codicem.
- Notandum est quod triplex est humilitas. — Vide: „Quanto maior es.”
- Notandum quod donati intelliguntur quorumlibet religiosorum seu perpetuo oblati, qui videlicet. — *De confratribus nostri ordinis [Praedicatorum, ut videtur] scilicet donatis* (Cod. 146, fol. 387; cod. 147, fol. 198). — In utroque codice sequitur: „Sciendum quod infirmis” (vide infra).
- Notandum quod in rationali iudaici pontificis quod erat septimum ornamentum eiusdem. — *Tract. de XII patriarchis, XII lapidibus, XII apostolis et XII articulis fidei*. [Fundamentum tractatus sunt XII lapides] (Cod. 373, fol. 185—189).
- Nunc propior est salus nostra... Rom. XII. Vix enim est ut in corde sit tristitia vel gaudium. — *Sermones de tempore CXCIV* (Cod. 363, fol. 4—244).
- O**mnis habenti dabitur. — Vide: „Coelesti convivae.”
- Omnis annuntiator verbi divini debet cogitare valde bene quae legit et quomodo. — *De arte praedicandi* (Cod. 236, fol. 106—113; cod. 373, fol. 172—176). Vide quae diximus ad cod. 236 l. c.
- Onus hoc praesens imbecillis humeris meis superimpositum... (Inc. opusc.) Fiet unum ovile et unus pastor. Venerandi in Christo. — *Collatiuncula tripartita facta in capitulo generali in Windesim* (Cod. 385, fol. 11—14).
- Osculetur me osculo... Osculetur me inquam. — Vide: „Funiculus triplex.”
- Osculetur me osculo... Sicut dicit b. Bernardus. — Vide: „Tres sunt qui testimonium.”
- O tota anima iam omnes depone tuas vagationes, soli divino splendori intende. — *Radius contemplativae meditationis [in Compendium theologiae veritatis?]* (Cod. 358, fol. 1—2). Vide: „Deum esse multis modis.”
- P**arce mihi Domine. Ad evedentiam expositionis harum lectionum. — *Expositio in Lectiones ex Officio Defunctorum* (Cod. 387, fol. 109—112 et fol. 121—125). Vide: „Fratres si in hac vita.”
- Perfectissima atque plenissima iustitia est Deum toto corde diligere. — (Cod. 174, fol. 224—225; cod. 387, fol. 84—85). Cf. Little, *Initia*, p. 165. Vide quae diximus ad cod. 59, fol. 142—156.

- Pervenit ad me caritatis tuae devotio.... (Inc. Oratio). In nomine Domini omne genu flectatur coelestium, terrestrium.... Venite adoremus. — *Oratio beati Hieronymi cum Prologo ad Rusticum monachum* (Cod. 406, fol. 32—37).
- Poeniteas cito. — Vide: „Vadam ad montem myrrhae.”
- Possibile fuit Deum carnem assumere. Congruum fuit Deum incarnari. — [*Quaestiones theologicae*] (Cod. 346, fol. 91—112).
- Praeclara equidem est iustorum vita; quomodo autem fulget. — S. JOHAN. CHRYSOSTHOMUS, *De patientia et consummatione huius saeculi* (etc.) (Cod. 1036, fol. 72—83).<sup>1)</sup>
- Praepara cor tuum tamquam domum ad magnum hospitem christum dominum nostrum recipiendum. — *De praeparatione cordis* (Cod. 1586, fol. 216a—219b).
- Primo igitur quia iugum praelationis est gravissimum, cavendum est ne pueris. — *Tractatus de praelatis, clericis, religiosis, mulieribus, de omnibus* (Cod. 382, fol. 1—84).
- Primum est: Non habebis deos alienos. Contra hoc praeceptum peccatur. — *De X praeceptis* (Cod. 357, fol. 21—22 et 186).
- Primus tonus finitur in voce quarta D et deponit suam formulam in A. Acuta quinto loco super se. — (Cod. 406, fol. 229—233; in fine *Antiphonarii* saec. XII—XIII).
- Propriae infirmitatis conscius. — Vide: „Vocati estis ut.”
- Psalterium nomen accepit a psallin graece, quod dicitur instrumentum musicum.... (Inc. Expositio) Beatus vir qui non abiit.... Impius est qui peccat in Deum, peccator in seipsum. — *Expositio in Psalterium* (Cod. 327, fol. 1—117).

- Quae est igitur ista... tam speciosa, tam gloriosa. — Vide: „Quantum video fratres.”
- Quae est ista quae ascendit.... Res magnae et insolitae admirationem inducunt. Hodie autem res magna. — *Sermo de Assumpt. B.M.V.* (Cod. 59, fol. 97—102).
- Quaeritur utrum ars philosophiae per inquisitionem. — *Quaestio* (Cod. 174, fol. 239—243).
- Quaeritur utrum sacerdos habens beneficium non curatum.... (Qu. ult.) Utrum Maria Magdalena in hac vita vixerit et vitam finierit in continentia virginali. — *Quaestiones pro simplicibus sacerdotibus* (Cod. 283, fol. 6—27).
- Quam magnus sit gloriosus Jeronymus. — AUGUSTINUS, *Epist. ad S. Cyrillum de magnificentiss. S. Hieronymi* (II p. 263).<sup>2)</sup>
- Quamquam non ignoro, optimi ac religiosissimi commilitones in Domino. — *Sermo*. (Cod. 116, fol. 148—151).
- Quamvis multiplex sit Dei adventus. — Vide: „Erunt signa in sole et luna.”
- Quamvis revera multa utilia in Compendio theologiae.... (Inc. Cap. I) Multis modis ostenditur Deum esse. — *Memoriale Compendii Theologiae* (Cod. 290, fol. 96—126; cod. 380, fol. 113—163).
- Quando Iacob fuerat primis amplexibus usus. — *Contemplativa quae dicitur Theoria metrica* (Cod. 377, fol. 87—97. Est carmen).
- Quanto maior es humilia te et in omnibus invenies gratiam coram Deo. Notandum est

1) Invenitur inter *S. Iohan. Chrysosth. opera* (spuria), t. XII (ed. Migne, Paris 1842), col. 937—942. Incipit ibidem: „Splendida est vita iustorum.”

2) Est *Epistola pseudo-AUGUSTINI ad Cyrillum ep. de magnificentiss. S. Hieronymi*, initio et fine rescissis Migne, P.L., 22, 282—288). Alias editiones vide B.H.L., 3867.

- quod triplex est humilitas, sc. cordis, oris et operis. — *De triplici humilitate* (Cod. 332, fol. 227—229).
- Quantum video, fratres, mirabili quadam suavitate caritatis circa Dei Genitricem . . . . (Propositio). Ecce, fratres, resonat hodie in auribus vestris de B. Maria laus . . . . (Executio I<sup>e</sup> partis). Quae est igitur ista. — ODONIS MONACHI CANTUARIENS., *Sermo de Assumpt. B.M.V.* (Cod. 136, fol. 111—125; cod. 366, fol. 103—124).
- Quasi stella matutina in medio nebulae, id est peccatorum. — *Speculum sacerdotum dictum „Stella matutina“* (II p. 264).<sup>1)</sup>
- Quasi stella matutina in medio nebulae . . . . Verba ista . . . . recitantur hodie in laudem et commendationem b. Dominici. — *Sermo de b. Dominico* (Cod. 59, fol. 102—109).
- Quatenus desiderio iuvenum textus Aristotelis intelligere cupientium. — *Conpendium philosophiae Aristotelis* (Cod. 324, fol. 1—57).
- Quia ex iussione Domini et meritis B. Petri apostolici singularis sanctae sedis apostolicae. — *Dicta SS. Pontificum ab ADRIANO I PAPA directa ad Carolum Caesarem* (II p. 259).
- Quia propter diversas electionum formas. — Vide: „Ne pro defectu.“
- Quia vita contemplativa a Christo Iesu electa est et commendata tanquam pars nedum melior . . . . (Inc. Cap. I) Dicitur secundum doctrinam b. Dionysii de div. nom. quod vita contempl. — *Tractatus de vita contemplativa cuiusdam devoti doctoris Parisiensis* (Cod. 358, fol. 58—65).
- Quicumque es qui per fidem, spem et charitatem vis ad salutem pertingere, necesse habes te studio triplici mancipare. — BONAVENTURA, *De ordinatione vitae* (Cod. 57, fol. 49—51; cod. 384, fol. 36—42).
- Quis dabit capiti meo . . . . Conversi sunt dies festi mei in luctum. — *Lamentatio peccatorum* (Cod. 170, fol. 249—250; cod. 228, fol. 70—71; cod. 229, fol. 86—87). — FORTÉ IOANNIS HAGEN, O. Cart., *De planctu solitarii*. Vide notam ad cod. 170, l. c.
- Quis nos separabit a caritate . . . . an gladius. In his verbis praedictis quae apostolus Paulus. — *Libellus de vita Sanctuli, hominis perfectissimi* (Cod. 332, fol. 17—90).
- Quis, quid, ubi . . . . Quis, quae persona . . . . Homo habens uxorem. — (Cod. 130, fol. 112).
- Quisquis ergo etc. Dubitatur an prudentia monastica et prudentia yconomica. — *De IV virtutibus* (Cod. 368, fol. 282—286).
- Quisquis unum peccatum deserens. — Vide: „Salutem et pacem.“
- Quomodo et quando lex vetus data est Israeli. Post liberationem. — *Sermo in Pentecoste* (Cod. 116, fol. 136—138).
- Quoniam circa confessiones animarum pericula et difficultates sunt quae ermergunt, ob honorem beati Nicolai et fratrum utilitatem . . . . tractatum brevem de confessione compilavi sub certis titulis singulae quae circa confessionem . . . . Primo de confessione videamus quo tempore incepit . . . . (Des. Cap. de VII virtutibus) nihil vero peius quam culpam cognoscere et non flere. — *Summa confessionis domini BERENGARII Cardinalis* (Cod. 112, fol. 122—130). Cf. Vattasso, II. 313 et Little, *Initia*, p. 202; item ea quae ad cod. 112 l. c. notavimus. Summae, quae in codice nostro exstat, non conveniunt ea quae Savigny, *Geschichte des Römischen Rechts*, V. 587,

1) Est opusculum *Stella clericorum* saepissime typis vulgatum (cf. Campbell, n. 1603ss.), quodque etiam exstat in cod. 204, fol. 101—111.



- Fabricius—Mansi, I. 199 alique tradunt de Summa poenitentiali BERENGARI STEDELLI. Summa namque nostra non est alphabetico ordine disposita.
- Quoniam multi ex Scriptura canonica et pagina sacra male intellecta. — *Tractatus* (Cod. 82, fol. 30—34).
- Quoniam secundum Apostolum quaecumque scripta sunt. — *De consolatione theologiae* (Cod. 204, fol. 1—44; cod. 340, fol. 1—75). Vide quae diximus ad cod. 204, h. l.
- Quotquot spiritu Dei aguntur hi filii sunt Dei. — AUGUSTINUS, *De pugna spiritus et carnis* (Cod. 1584, fol. 89—91).
- Res** magnae et insolitae. — Vide: „Quae est ista quae ascendit.”
- Sacerdotes** Dei altissimi tria sunt genera hominum quae odit Deus. — AUGUSTINUS, *Sermo ad sacerdotes* (Cod. 38, fol. 37—38; cod. 39, fol. 11—13).
- Sacerdotis silentium decipit populum; peccandi suppeditat fomitem. — IOHAN. CHRYSOSTHOMUS, *Sermo de eo qui non corripit populum de sua desidia* (Cod. 118, fol. 169—170; cod. 297, fol. 139).
- Sacramenti mysterium incomprehensibile est summae pietatis. — *Collectio Decretorum* (II p. 259).
- Salutem et pacem .... Carissimi. Quisquis unum peccatum deserens et ab alio non recedens. — [*Sermo vel Epistola devota*] (Cod. 387, fol. 71—72).
- Sancta Petronilla cuius vitam Sanctus Marcellus scripsit. — *Vita S. Petronillae* (II p. 270).
- Sancta Waldegradis tempore Dagoberti regis clarissimis orta parentibus. — *Vita S. Waldegradis* (II p. 270).
- Sancto spiritui gratias agimus. — Vide: „Gervago, Marbacensis congr.”
- Sanctum Evangelium omnes sacras scripturas non solum auctoritate .... (Inc. Cap. I)  
In principio erat verbum .... Unde merito in figura quatuor animalium aquilae volanti comparatur .... (Inc. Cap. XXI [ult.]): Postea manifestavit .... More solito sanctus evangelista .... (Des.) de coaeterna Patris et Filii divinitate exorsus est scribere. — BEDA, *In Evangelium Ioannis* (Cod. 76, fol. 1—139).
- Sapientiam sanctorum narrent populi .... Quando de sanctis praedicatur circa duo debet versari .... (Inc. Sermo I. De Nativit. Domini): Invenietis infantem pannis involutum. — *Sermones de Sanctis* (Cod. 362, fol. 120—216).
- Sciendum quod infirmis monachis et conversis nostri ordinis confessio et sacramenta Eucharistiae tempore interdicti. — [*De interdicto?*; in ordine Praedicatorum, ut videtur] (Cod. 146, fol. 387; cod. 147, fol. 198). Vide: „Notandum quod donati.”
- Sciens ego historiae sacrae prolixitatem. — Vide: „Considerans historiae s. prol.”
- Scientes quia hora est .... sed induimini D. N. I. C. Sanctus Paulus in praesenti epistola instruit minores quomodo tempus legis. — *Postillae in Epistolas Pauli per Dominicas* (Cod. 328, fol. 1—160). Cod. est mutilus; quod datum hic fuit initium, videtur esse secundi sermonis in Dom. I Adventus.
- Secundum sententiam doctorum mundus iste seu totum universum regitur a Deo .... (Inc. Cap. I) Circa ludum qui ab hominibus ludus cartularum appellatur. — IOHANNES O. P., *Ludus cartularum moralizatus* (Cod. 225, fol. 51—185).<sup>1)</sup>

1) Idem fr. Iohannes, cognomento „Teutonicus” memoratur apud Quéatif-Echard, II. 821, col. 2.



- Sedecias primus fuit per quem nutu Dei lex recepta fuit (XXV Capitula). — *Gesta, dicta etc. quorundam philosophorum* (Cod. 389, fol. 59—113). Vide Addenda et Corrigenda ad hunc cod.
- Semper quidem decantata quaestio et celebris absolutio fuit mulieris eius. — AMBROSIIUS, *De muliere adultera* (Cod. 38, fol. 75—79).
- Septem sunt vitia capitalia sive principalia quae sunt omnium origo malorum et mergunt hominem in perditionem, quorum tria prima hominem exspoliant. — *De septem peccatis principalibus* (Cod. 130, fol. 108). Vide quae diximus ad cod. 130, l. c. et inter Addenda et Corrigenda ad hunc cod.
- Septem sunt vitia mortalia sive capitalia sc. superbia, avaritia . . . Haec septem comparantur septem bestiis. Superbia leoni. — *De septem peccatis mortalibus et eorum remediis*. (Cod. 373, fol. 176—185).
- Sicut dicit beatus Gregorius. — Vide: „Tres sunt qui testimonium dant.”
- Si quis acolythum ceperit vel aliquam vim intulerit. — [*Capitulare?*] (II p. 259).
- Si tantum, o clementissime Pater, reatum. — *Oratio contra remorsum conscientiae beato Hieronymo per Angelum tradita*. (Cod. 263, fol. 248).
- Si vis fore sapiens sex serves quae tibi mando. — *De modo loquendi*. (Cod. 57, fol. 52—54).
- Solemne memoriam sacrosanctae virginis Mariae matris Dei decet filios ecclesiae. — *Lectioes pro Officio B.M.V.* (Cod. 361, fol. 336—341).
- Superni nuntii dignationem. — Vide: „Exaltata est super choros.”
- Tanto sunt intercedentium et parentium beneficia. — *Collectio Decretorum* (II p. 260).
- Te alloquor, o religiose, ego Dominus Deus tuus, qui elegi te ex mille millibus. — *Invectiva Christi in religiosum negligentem* (Cod. 291, fol. 199—214).
- Tempore Dagoberti regis Franciae orditur puella quaedam. — *Vita S. Aldegundis* (II p. 270).
- Tota pulchra es . . . Magistri mei venerandi et fratres dilectissimi. Ut gratia almi Spiritus in nos velit redundare, Mariam plenam gratiae sic habes invocare. O virgo fons gratiae. — *Sermones in festis B. M. V.* (Cod. 367, fol. 1—84). Vide Addenda et Corrigenda ad hunc cod.
- Tres sunt qui testimonium dant in coelo. I Io. 5. Sicut dicit beatus Gregorius in moralibus divinus sermo habet in publico . . . (Inc. Comm.) Osculetur me osculo . . . Sicut dicit b. Bernardus super Canticum: Si Salomon rex sapientiae. — *Glossa tripertita in Cant. canticorum*. (Cod. 334, fol. 1—264).
- Trinitas, superessentialis natura, causa est et creatrix existentium omnium. — DIONYSIUS AREOP. *Mystica theologia sec. translationem IOAN. SARRACENI cum commentario* (Cod. 79, fol. 91—99).
- Tristis est anima mea . . . Dominus Iesus Christus imminente Passionis suae tempore. — *Passio quaedam devota praedicabilis* (Cod. 386, fol. 90—108).
- Ut gratia almi Spiritus. — Vide: „Tota pulchra es.”
- Ut nullam horarum taediose vel otiose vivas, sed semper in consortio Iesu. — *Meditatio simplicium pro VII horis canonicis* (Cod. 373, fol. 77—78).
- Utrum beata virgo si ante Filium decessisset protinus evolasset. — *Quaestio de peccato originali* (Cod. 317, fol. 85—88).
- Utrum Maria Magdalena in hac vita vixerit et vitam finierit in continentia virginali. — Vide: „Quaeritur utrum sacerdos.”
- Utrum notitia sacrae Scripturae. — Vide: „Circa libros sententiarum.”

- Utrum religiosi liceat intendere studiis Scripturarum; et videtur quod non. Summe est vitanda ab omni religioso occasio superbiae. — (Cod. 111, fol. 110—114).
- Utrum sacramentum sit. Et arguitur quod non. Nihil superfluum in natura — *Quaestiones de Sacramentis* (Cod. 181, fol. 37—72).
- Utrum tota theologia traxerit totam suam scientiam a Deo. Et videtur quod non. Quia quod est notum . . . . (Qu. ult.) Utrum indulgentiae datae in ista vita possint subvenire animabus. — *Quaestiones in Librum IV Sent.* (Cod. 346, fol. 1—90).
- Vadam ad montem myrrhae. Haec propositio pro themate assumpta scribitur originaliter Cant. Cant. cap. IV. Et sunt verba sponsae. — [Est Commentarius in versus „Poeniteas cito” etc. Cf. Migne, *P.L.* 207. 1153] (Cod. 328, fol. 161—212).
- Venit filius hominis quaerere etc. Luc. XIX. Notandum quod in verbis praemissis tria sunt considerata . . . . (Inc. Thema) Ingressus Iesus . . . . Notandum quod quidam recipiunt. — *Sermo de Dedicat. Ecclesiae* (Cod. 143, fol. 144—145).
- Verbum Dei habitet in vobis abundanter . . . . Haec verba circa Cant. cant. expriment causam materialem, formalem et finalem . . . . . (Inc. Cap. I?) In collationibus patrum dicitur: In canticis canticorum mens visibilia transcendens. — *Expositio in Canticum canticorum* (Cod. 233, fol. 201—227).
- Veteris ac novae legis continentia. Postquam magister. — Vide: „Cupientes aliquid.”
- Veteris ac novae legis continentiam, diligentiam et indagacionem circa res et signa, divina providentia et clementia praecepit versari. — *Abbreviatio librorum I—IV Sentent.* „propter informationem simplicium” (Cod. 283, fol. 27—91).
- Vix enim est ut in corde. — Vide: „Nunc propior est salus nostra.”
- Vocati estis ut benedictionem . . . . . Propriae infirmitatis conscius, patres metnendi, pastores, magistri et doctores . . . hic loci synodaliter collecti, mcipsum indignum. — *Sermo ad clerum in synodo* (Cod. 357, fol. 175—182). Cf. Addenda et Corrigenda ad hunc cod.

## CODICES LATINI.

(TIELE p. 7 ss.)

### 32

De huius codicis historia vide J. F. van Someren, *De Utrechtsche Universiteitsbibliotheek. Haar geschiedenis en kunstschaten vóór 1880*, (Utrecht, 1909), p. 40, 42 n. 1.

### 34

#### Epistolae Pauli cum argumentis.

Prologus I (fol. 1b) cuius initium: *Epistole pauli ad romanos causa hec est*, est RAHINGI, o. s. BEN. (saec. X). Sequitur (fol. 2b) prologus II incipiens: *Primum queritur quare post evangelium*, qui est PELAGII (saec. IV—V) sicut et prologus III incipiens (fol. 4a): *Romani sunt qui ex iudeis*. Codex ceteroquin non habet glosas nec commentaria, sed solum Epistolarum Paulinarum textum. De prologis I—III vide Denifle, *Quellenbelege*, S. 332 et 8.

Tegumento interiori agglutinatum erat instrumenti apographum, quo Stephanus, SS. Johannis et Pauli presbyter cardinalis, nomine Papae committit abbati monasterii Egmondensis, ut Johannem de Hillinghen, eiusdem monasterii monachum, qui licet censuris constrictus ad ordines tamen minores et subdiaconatum bona fide se fecit promoveri, absolvat cum eoque dispenset. „Datum Avinioni non. Novembr. Pontificatus domini Clementis Pp. VI anno decimo” (1351 Nov. 5).

### 38

Hymni et Sequentia de B. Agnete, quos Tiele memorat ad fol. 61b, sunt qui apud Chevalier, *R.H.* indicantur hoc ordine: 22741 (auctor huius hymni est THOMAS A KEMPIS), 49025, 23527, 753.

#### S. Ambrosius, de passione SS. martyrum Vitalis et Valeriae uxoris et filiorum, cet., fol. 61b—65b.

Est passio SS. Gervasii et Protasii (*B.H.L.* 3514), cuius media pars est de eorundem Sanctorum parentibus Vitali et Valeria.

#### Eiusdem Sermo ad populum in inventione S. Gervasii et Prothasii, fol. 65b—70b.

Narratio est acephala ex *B.H.L.* 3513. Inc.: *Cum tam effusam*.... — Quae sequuntur in codice fol. 71 excerpta sunt ex libro IX *Confessionum* S. Augustini, n. 14—16.

Videtur codex conscriptus inter annos 1474—1486 quo tempore principatum tenuit Wolfert V van Borssele, cui dedicatus fuit. Cf. J. F. van Someren, *t. a. p.*, blz. 47—48.

**De conflictu vitiorum et virtutum liber qui adscribitur B. Gregorio Papae, fol. 105—115.**

Idem libellus invenitur in cod. 373. Certo non est Gregorii, sed videtur AMBROSI AUTEPERTI († 778). Pluries typis vulgatus fuit libellus inter opera Ambrosii Mediolanensis, Leonis Pp. Magni, Leonis Pp. IX, Augustini et Isidori. Cf. *S. Augustini Opera omnia* (ed. Antverpiae 1701), VII. 699; Migne, *P. L.* 143. 559.

**Caesarius (Arelatensis).**

Qui in codice fol. 59—69b exstant sermones et libelli, non semel quidem consonant cum iis quae sub Caesarii Arelatensis vulgata sunt nomine (Migne, *P.L.* 67. 997 ss.), plerumque tamen integra inveniuntur in EUSEBII EMISSANI opere *Homiliae X ad monachos* (ed. in *Maxima Bibl. Vet. Patr.*, Lugduni 1677, VI. 656—666), ut in ipsius codicis nostri marginibus recte pluries notatur. Libellus igitur qui exstat fol. 62a—64a conflatus est ex Eusebii Emiss. homiliis IV, VII et VIII.

fol. 64a—67b est eiusdem homilia V.

fol. 67b—68b „ „ „ VI.

fol. 68b—69b „ „ „ IX.

Similis sermonum Caesarii Arelatensis collectio exstat in cod. 375.

**Sermo de caritate, fol. 70a—72a.**

Est AUGUSTINI sermo 269 (Migne, *P.L.* 39. 2245).

**Epistola devota ad quendam Regularem, fol. 74a—75b.**

Exstat inter opera THOMAE A KEMPIS, Epistola VI (ed. 1607, p. 865).

**Eiusdem (Hugonis de S. Victore) Epistola (incipiens:) Insipientem doctus, cet., fol. 78a—b.**

Eadem epistola exstat in cod. 386 fol. 71a—72a cum hac inscriptione: *Contra timorem inordinatum*. Exstat inter HUGONIS DE S. VICTORE, *Miscellanea*, lib. I, tit. 74 (Migne, *P.L.* 177. 509—510).

**Tractatus de arte moriendi, fol. 24—50.**

Inc.: *Cum de presentis exilii miseria mortis transitus*. Idem opusculum invenitur in codd. 173 et 379. — Errat Tiele p. 413 (Addenda et Corrigenda), libellum hunc tribuens JOHANNI GERSON, abductus sane auctoritate codicis 379 qui libellum expressis verbis Gersoni adiudicat. Certo non est Gersonis, neque etiam cardinalis DOMINICI CAPRANICA († 1458), cui saepius tribuitur, nec etiam HENRICI (Langenstein) DE HASSIA. Cf. A. Franz in *Der Katholik*, Bd. XXI (Mainz 1900), S. 132—7; cf. S. 384; F. Roth, *Zur Bibliographie des Henricus Hembuche de Hassia dictus de Langenstein* in *Beihefte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen*, Bd. I (Leipzig 1888—89), S. 21 (147). Little, *Initia*, p. 51 opusculum

dubitans adscribit RICHARDO ROLLE DE HAMPOLE, at J. F. Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana* (Ingolstadii 1768), p. 768 tradit, opusculum Richardi praedicti quod *De arte moriendi* inscribitur exordiri a verbis: *Quia mortis praesagium*. De Richardo Rolle Hampole cf. Ossinger, *l. c.*, et *Dictionary of national biography*, XLIX. 164—166, i. v. Rolle. Auctor igitur est et manet incertus.

## 59

**Sermo incipiens „Quae est ista quae ascendit de deserto” cet. fol. 97—102b.**

Est sermo de Assumptione B. Mariae V.

**Sermo incipiens „Quasi stella matutina in medio nebulae” cet. fol. 102b—109b.**

Est sermo de S. Dominico.

**S. Gregorius (magnus), Dialogorum liber IV, fol. 110a—131a.**

In fine huius operis fol. 103a2—131a1 brevicula invenitur descriptio solemnitate, quae fieri solebant Traiecti in ecclesia S. Johannis tempore Tridui sacri ante Pascha. Inc.: *Nota quod feria quarta post palmas post vespervas in quibus servatur responsorium Ingressus pylatus, et non ymnus, ita deinceps servari vidi traieci in ecclesia sancti Johannis. Ad completorium..... etc.*

**Aegidius (Romanus s. Columna?) De virtutibus, fol. 134—138a.**

Sunt fragmenta minutatim excerpta ex AEGIDII ROMANI DE COLUMNA libello *De regimine principum* II. 3, praesertim ex lib. I, parte 2a (ed. Romae 1607, p. 43 ss.).

**Sermones quidam, fol. 138a—141.**

Sunt schemata nonnullorum sermonum; exempla de diabolo et de Sacramento; benedictio super amorem S. Johannis.

**S. Bernardus, Meditationes, fol. 142—156.**

Inc.: *Multi multa sciunt...*, etc. Eaedem exstant in codd. 161, 174 (bis), 317 (partim), 323, 332, 361, 387. Libellus saepius typis fuit vulgatus inter opera S. BERNARDI (Migne, *P.L.* 184. 485), cuius tamen, Mabillonio iudice, non est. Nec videtur esse HUGONIS DE S. VICTORE, nec GUILIELMI A S. THEODORICO; cf. B. Hauréau, *Les oeuvres de Hugues de Saint-Victor* (Paris 1886), p. 175—7. In codd. 174 (2° loco) et 387 post Meditationes praedictas additur brevis meditatio quae incipit: *Perfectissima atque plenissima iustitia est*. Haec pluries in codd. hoc loco invenitur addita. Cf. e. c. J. Marx, *Verzeichniss der Handschriften-Sammlung des Hospitals zu Cues* (Trier 1905), n. 57 sub 3. Vide etiam Little, *Initia*, p. 165.

## 60

Inter Augustini sermones qui huic insunt codici non raro occurrunt qui aliorum auctorum genuina sunt opuscula e. c. CAESARII ARELATENSIS, FULGENTII RUSPENSIS etc. Tempus perdere esset et oleum singulos sermones distinctim explorare, quum apud viros peritos notissimum sit, in medii aevi codicibus non raro sermones praesertim inscribi Augustino, qui eius nullatenus sunt.

## 61

Folio ultimo recto abrasa erat subscriptio, quae ope ammoniae liquidae in lucem edita est: „Volumen istud completum est anno domini M. CCCC. quinquagesimo tercio scriptum per manus fratris arnoldi aelberti regularis in traiecto quamvis non sufficientis meriti prout suae competit professioni precatur igitur legentem orare pro eo ut deus suppleat in quo ipse deficit Et pertinet eisdem regularibus.”

## 71

**Auctoritates** ex operibus S. Augustini de diversis materiis, ord. alphabet. digestae. Pars I (A—M). Praec. elogia Augustini ex div. scriptor. collecta.

Est BARTHOLOMEI SIMONIS DE CARUSIS ep. Urbinatensis († 1350), *Milleloquium B. Augustini*, Pars I, usque ad tit. Matrimonium (fol. 346 a—b). Editio princeps vulgata fuit Lugduni 1555.

## 73

**Tractatus** incipiens: Intueri libet quomodo sacra eloquia in exordiis narrationum qualitates exprimant, cet., fol. 125—132.

Sunt excerpta plurima ex SS. Patrum operibus, praesertim ex S. GREGORII *Homilia I in Ezechielem* et ex *Moralium in Job* libris 20, 21 etc.

## 76

**Beda Venerabilis**, Commentarius in Evang. Johannis.

Multum differt libellus a Commentario in Evangelium Joannis qui vulgatus exstat inter S. Bedae opera. Inc. Prol.: *Sanctum evangelium omnes...*

## 77

Libelli quos Tiele in sua descriptione distinctim enumeratos exhibet: „Sermo de epiphania Domini; Solutiones de verbis apostoli, cet.; Expositio de libris Regum,” sunt qq. I—VIII ex BEDA, *Liber variarum quaestionum*.

Subscriptio (fol. 240 b), quae apud Tiele datur mutila, haec est:

„Expliciunt explanationes venerabilis bede presbit. super epistolas canonicas. Scripte ac finite per fratrem Johannem Petri Delff monachum professum domus ord. carthusiensis prope Traiectum inferius. Anno dni MCCCCLxiiij in die beati clementis pape et martyris [altera manus minio addidit] qui obiit anno lxxvi in vigilia sancti mathei apostoli.” Hisce supplentur et confirmantur ea quae de Joanne Petri de Delff tradit *Necrologium conventus Novae Lucis Carthusiensium prope Traiectum* (ed. in *Bijdragen en Mededeelingen van het Historisch Genootschap te Utrecht*, IX. 1886), pp. 315 et 364—5.

## 78

In hoc codice — quod etiam affirmandum est de codicibus 103, 200, 219, 226, 245, 260, 264, 271, 294, 298 et 735 — nulla possessoris inscriptio invenitur, sed

ex ligaturae indole, ex figuris praesertim eidem impressis, manifestum est eum olim fuisse monasterii Canonicorum Regularium Traiectensis. Descriptionem ligaturae ex dicto conventu oriundae invenies apud J. Weale, *Bookbindings*, II (London 1894), n. 323.

## 79

Libelli quinque a Tiele fol. 1—86b indicati sunt *Extractio* THOMAE VERGEL-  
LENSIS *super opera Dionysii Areopagitae*: De celesti hierarchia, De ecclesiastica  
hierarchia, De divinis nominibus, Mystica theologia et Epistola ad Titum. *Extractio*  
illa typis exstat expressa in *Opera Dionysii veteris et novae translationis* (Argen-  
tinae, 1502), fol. 278—329. — Marginibus adscriptae sunt breviculae annotationes  
quibus ea, quae singulis capitulis continentur, paucis perstringuntur.

Fol. 86b—87b. Excerpta ex transl. Scoti super Epist. ad Titum. Est frag-  
mentum ex translatione JOHANNIS SCOTI ERIGENAE, quod exstat apud Migne, *P.L.*  
122. 4194 lit. B.

**Expositio** super verbis Dionysii in *Mystica theologia*: Tu autem Timothee  
etc., fol. 99a—106a.

Est ex pseudo-BONAVENTURAE libello *Mystica theologia*, cap. III, partic. 4 (ed.  
in *S. Bonav. Opp. omn.*, Moguntiae 1609, t. VII, p. 679—683).

**Commendatio** sive defensio libri fr. Joh. Ruusbroec de ornatu, cet.,  
fol. 109b—116b.

Est epistola defensoria JOHANNIS DE SCHOONHOVEN, ed. inter *Joh. Gersonis Opera*  
*omnia* (ed. Du Pin, Antverpiae 1706), I. 63—78. Differt tamen textus in codice  
ab editione laudata.

## 80

**S. Ephraem (Syrus)**, De compunctione cordis II. VI, fol. 1—65.

Huic libello *De compunctione cordis* (fol. 1—35a) accedunt alia eiusdem Ephraemi  
opuscula:

fol. 35a—42b: *De iudicio dei et de resurrectione* etc.

fol. 42b—47b: *De beatitudine animae*.

fol. 47b—53a: *De penitentia*.

fol. 53a—58b: *De luctamine mundi*.

fol. 58b—65b: *De die iudicii*.

## 82

**Gesta Barlaam et Josaphat** (Johanni Damasceno tributa), fol. 35b—171a.

Inplet pseudo-Damasceni narratio sola folia 35b—121a et 137a—171a. Folia  
vero 121b—136b turbato quidem ordine exhibent quae sequuntur:

Fol. 121b, 129—131 inscriptum habent fragmentum ex eadem historia Barlaam  
et Josaphat ex VINCENTII BELLOVACENSIS *Speculum historiale*, l. XVI, cap. 31—35;  
quo suppletur lacuna in historia pseudo-Damasceni.

Fol. 122a—128b exstat *Historiola de Waltero et Griseldi eius coniuge* (FRANCISCO  
PETRARCHA interprete latino). De hoc opusculo vide quae dicturi sumus ad cod.  
178, fol. 140—143b.

Fol. 432a—435a: S. Bernardi epistola ad Fulconem Lingonensem.

Fol. 435a—436b: Epistola magistri Petri Blesensis. Inc.: *Scio quia ex sincera dilectione*. Est Ep. XVIII, ed. in *Mae. Bibl. vet. patr.* (Lugd. 1677), XXIV, p. 448.

## 86

Tegumento anteriori voluminis III agglutinata est bulla Bonifacii papae IX graviter laesa.

## 94

**Hugo de Sancto Victore**, Tractatus de opere trium dierum, fol. 97—118.

Est eiusdem Hugonis *Eruditionis didascalicae* liber VII (Migne, *P.L.* 176, 811).

## 102

Huius codicis descriptio quae exstat apud Tiele sic corrigenda est:

**102** (*Ecccl.* 223, *antea* 284 t.) *Membr. 4<sup>o</sup>. 172 fol., quorum fol. 1—107 et 164—172 saec. XV, fol. 108—163 saec. XIII exeunte scripta sunt.*

**S. Hieronymus**, Explanations in Epistolas Pauli ad Galatas, ad Titum, ad Philemon, fol. 1—107b (non 1—95 ut apud Tiele).

Ad reliquam codicis partem (fol. 108a—172) haec notanda sunt:

Epistolae Pauli ad Romanos, ad Corinthios, et ad Galatas (pars prior i. e. usque ad III. 3), quae exaratae sunt fol. 108a—163b, praeter glosam interlinearem habent WALAFRIDI STRABONIS glosam ordinariam, de qua cf. Denifle, *Quellenbelege*, S. 16—17. Epistola ad Galatas inde a III. 4, et epistolae ad Titum et Philemonem. (fol. 164a—172b) non habent glosam.

## 103

**S. Hieronymus**, Quaestiones hebraicae, fol. 1—52.

Varii his foliis inscripti sunt S. Hieronymi libelli:

Fol. 1—20b: Quaestiones hebraicae in Genesim.

Fol. 20b—21b: De decem tentationibus.

Fol. 22a—34b: Quaestiones hebraicae in II. I et II Regum.

Fol. 34b—47a: Quaestiones hebraicae in II. I et II Paralipomenon.

Fol. 47a—50a: Quaestiones de lamentationibus Jeremiae.

Fol. 50a—50b: Epistola ad Dardanum de generibus musicorum.

Fol. 50b—52b: Expositio in Canticum Debborae.

Codex oriundus est ex conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

## 104

**Aelredus**, Libellus de vita inclusarum, fol. 38—73.

Opusculum typis exstat expressum inter Augustini opera (Migne, *P.L.* 32, 1451). Est tamen Aelredi opusculum genuinum. Cf. *P.L.* 195, 701.



## 105

**Fr. Johannes (Parisiensis sive Pique l'ane), Quaestiones in IV ll. Sententiarum (Pt. Lombardi), fol. 38—148.**

Exstant in codice commentaria in solum 4<sup>m</sup> librum Sententiarum, non „Quaestiones in IV ll. Sententiarum,” ut ait Tiele. Libelli subscriptio quae datur a Tiele sic corrigenda est (fol. 148b): „Expliciunt quaestiones 4<sup>i</sup> sententiarum data a fratre Johanne [vacat spatium pro 10 circiter litteris] antedicto in studio parisiensi Anno dni m<sup>o</sup>” [hic abrupte desinit].

Quis sit iste frater „Johannes antedictus,” ipse codex nullo modo manifestat; ex addito tamen „in studio parisiensi” Tiele, in errorem abductus, videtur collegisse, auctorem nostri libelli esse fratrem Johannem Pungensasinum (Poinlane) Ord. Praed. † c. 1260, qui Parisiensis I cognominatur (cf. Quétif-Echard, I. 119; II. 817). Illic quidem commentaria fertur edidisse in IV libros Sententiarum, sed quum in universitate Parisiensi innumeri „fratres” (i. e. ordinum mendicantium discipuli) qui „Johannes” vocabantur in librum Sententiarum legerint, minime certum est commentaria nostra reapse fuisse composita per fratrem Johannem Pungensasinum Parisiensem. Contra ex collatione nostri codicis cum Commentario Johannis Duns Scoti, O. F. M. († 1308) in 4<sup>m</sup> librum Sententiarum (Parisiis, Andr. Brocard, 1497; Hain 6431) patet, nostrum codicem maximam habere similitudinem cum JOHANNIS DUNS SCOTI praedicto commentario. Cui ergo nostrum libellum tribuere non haesitamus.

## 106

**Vita et translatio S. Hieronymi, cum hymnis et sequentiis, fol. 2—31b.**

Fol. 3a—6b: Octo exstant de S. Hieronymo carmina, quorum tria tantum indicantur apud Chevalier, *R.H.* 18106, 34503, 23517. Alia excerpta sunt ex *Hieronymiano* Joh. Andreae.

Fol. 8a—25b.: Vita S. Hieronymi (*B.H.L.* 3873) sine rescisso.

Fol. 26a—27b: Translatio S. Hieronymi (*B.H.L.* 3878) divisa in 6 lectiones.

Fol. 27b—31b: Historia [rythmica] de glorioso Hieronymo (Chevalier, *R.H.* 18534).

**Eiusdem [Hieronymi] Oratio quam dixit in extremis, cet., fol. 38—40b.****Eiusdem Oratio ad corpus dominicum, fol. 40b—47a.**

Sunt excerpta ex epistola pseudo-Eusebii *De morte Hieronymi* (*B.H.L.* 3866) cap. 43—52; ed. Vallarsi, XI (Veronae 1742), p. 312—19.

Fol. 47a exstat quae sequitur subscriptio: „Hec superscripta sunt ex epistola eusebii de morte iheronimi sumpta pro ut originaliter describit et hic pro devotione ad corpus dominicum habenda per distinctiones conscripta Quoniam sunt multum notabilia In tantum ut non recorder me potiora legisse quam hic gloriosus doctor in extremis suis de hoc sacramento constantissima et ferventissima confessione locutus est.”

**Eiusdem Epistola ad Paulinum de omnibus divinae historiae libris, cum annotatt. marginal. ex libro Henrici de Hassia, fol. 74—83a.**

Fol. 74a in imo margine haec habentur: „Nota quod magister henricus de hassia super hanc epistolam edidit insigne volumen. Et dicitur seu intitulum Hassia

super magnum prologum biblie. Ex quo volumine hic sunt quedam in merginibus (sic) annotata pro intellectu epistole."

## 111

**Epistolae declarantes regulam S. Augustini, fol. 102—110a.**

In rarissimo bibliothecae Traiectinae Catalogo, Traiecti ad Rhenum 1608 (Van Someren, *t. a. p.*, blz. 16) inter codd. mss. titulo *Theologi manuscripti B. in quarto* (fol. sign. Oo 4) enumerantur inter opera s. BONAVENTURAE: *Eiusdem epistolae declarantes regulam Augustini*, quod sine dubio ad nostrum codicem referendum est. Non sunt tamen Bonaventurae ut codicem inspicienti statim apparet. Error tamen anno 1608 emissus perpetuas peperit difficultates illis praesertim, qui colligendis et discutiendis Bonaventurae operibus operam dederunt. Cf. *Prodomus ad opera omnia S. Bonaventurae* [ed. Bened. a Cavalesio, O. F. M.], Bassani 1767, col. 725; *Ratio novae collectionis operum omnium S. Bonaventurae* [ed. Fidelis a Fanna O. F. M.] Taurini 1874, p. 49, n. 30.

Eandem omnino sortem nactus est alter libellus, qui exstat in codice nostro 164 fol. 109—138: *Dialogus de creatione mundi et eius redemptione*. Etiam hic tractatus in Bibliothecae Traiectinae catalogo anni 1608 perperam adscribitur Bonaventurae. Cf. *Prodomus*, col. 725; *Ratio novae collectionis*, p. 50, n. 31.

## 112

**Regula S. Augustini, fol. 97a—100a.**

Idem libellus exstat in cod. 360.: *Hec sunt quae ut observetis precipimus*. Est Regula S. Augustini (Migne, *P.L.* 32, 1377) initio rescisso. Cf. etiam S. Augustini *Epistola CCXI*, n. 5—16 (Migne, *P.L.* 33, 960).

**Basilii Magnus, Tractatus de vita solitaria, fol. 101—103.**

Inc.: *Libet de singularis vite meritis*. Exstat etiam in codd. 173, 248 (sub nomine Blasii) et 332. Non est Basilii, sed est fragmentum (cap. XIX) ex PETRI DAMIANI libro qui dicitur *Dominus vobiscum* (Migne, *P.L.* 145, 246—51).

**Distinctio septem criminalium vitiorum, fol. 105a—115a**

Idem libellus exstat in cod. 430 fol. 109a—112b, ubi initium, quod in hoc codice 112 est mutilum, integrum habetur. Est ex HUGONIS DE S. VICTORE *De fructibus carnis et spiritus*, Cap. 3—10 (Migne, *P.L.* 196, 999—1002). Aliquando hoc fragmentum vulgatum fuit sub nomine S. Bonaventurae; cf. *S. Bonaventurae opp. omn.*, t. X (Quaracchi 1902), p. 29 n. 95.

**Berengarius, Summa confessionis, fol. 122a—130b.**

Opusculum typis exstat vulgatum in *Florilegium Casinense*, IV, p. 191—215; cf. *Bibliotheca Casinensis*, IV (1880), p. 60 (cod. CLXXXIV, p. 277). Opus anonymum ibidem inscribitur: *Incipiunt rationes penitentiae compositae a fratribus predicatorum*. Recensio nostri codicis brevior est et capitulorum ordinem nonnullibi habet turbatum.

## 114

Fol. 66b, cui olim agglutinatum erat folium vacans, inscripta habet praecepta medica: *De virtute sanguinis minuti* (belgice) et *De virtute flebothomie*.

## 116

**Eiusdem (Joannis Chrysostomi), De reparatione lapsi, fol. 38—76a.**

Opusculum typis vulgatum exstat in *Florilegium Casinense*, III (1877), p. 389—411.

**(Eiusdem) Homilia de militia spirituali, fol. 106b—111a.**

Fol. 106b—107b exstat initium homiliae Joh. Chrysostomi *de militia spirituali*; fol. 107b—111a: eiusdem homilia *de militia christiana*, fine rescisso.

## 117

**Formulae quaedam precum, fol. 1, 2.**

Est fragmentum ex Officio parvo B. Mariae V.

**Joannes Damascenus, De summa et individua trinitate ll. IV, fol. 3—99.**

Sunt ll. IV *De fide orthodoxa* saepissime typis vulgata.

**Eiusdem (Gregorii Nazianzeni) Liber de Jeremia, fol. 109a—114b.**

Est eiusdem *Oratio XVII ad cives Nazianzenos et Praefectum irascentem*.

**Indago subtil. quaestionis per Boethium explosae an pater et filius et spiritus sanctus substantialiter de Deo praedicentur, fol. 114b—115b.**

Est BOETHII *Lib. II de trinitate*.

**S. Laurentius, Liber de duobus temporibus, fol. 115b—128a.**

Est LAURENTII NOVARIENSIS EPISCOPI, *Homilia de poenitentia* (Migne, *P.L.* 66. 89).

Tegumento tam anteriori quam posteriori olim glutine affixa erant instrumenta duo, belgice scripta:

1. Jacop, prior, en het gemeene convent van het Karthuizerklooster Nieuwlicht bij Utrecht erkennen ontvangen te hebben van Jacop Dibbout, Kanunnik ten Dom te Utrecht, 20 Engelsche nobelen tegen een jaarlijksche lijfrente van een Engelschen nobel, dd. 1462 Aug. 18. Orig. A tergo huius instrumenti exarata exstant lemmata libellorum qui codici n. 117 insunt.

2. Thomas, prior, en het gemeene convent van het Karthuizerklooster Nieuwlicht bij Utrecht erkennen schuldig te zijn aan Gertruut van Werconden, weduwe van Gysbert [Stade], voogdes over haar neef Hugo van Werconden, een jaarlijksche lijfrente op diens leven van 5 gouden Rijnsche guldens, losbaar binnen drie jaar met 60 dezer Rijnsche guldens, en verklaren, dat hun medebroeder Gerijt van Werconden hun gezegd heeft, dat zijn zuster Geertrude, als voogdes van zijn zoon Hugo, bovengenoemde rente gekocht heeft met het geld, dat dezen uit zijns moeders erfdeel toekwam, dd. 1441 opten heiligen dertienavont (Januarii 6). Orig.

## 118

**Joannes Chrysostomus, Epistola de reparatione lapsi ad Amantium, fol. 114b—141a.**

Vulgatus est libellus in *Florilegium Casinense*, III (1887), p. 389—411.

Tegumento tam anteriori quam posteriori olim adglutinata erant instrumenta duo:

1. Ysebrandus, praepositus monasterii Regularium S. Laurentii in Belheem prope Dotinchem, et Baldewinus in Ewick, prior, pro se, Ludolphus Christiani, monasterii Canonicorum Regularium Traiectensis supprior, pro... et pro Waltero de Poele, Theodrico de Asperen, Engelberto Goyer presbyteris ac Petro converso fratribus eiusdem domus, in concilium Basiliense delegant tamquam procuratores [Gerardum Brant sacrosanctae theologiae] professorem, Egidium Bocheroul et Petrum Elre Canonicos Regulares necnon Rutgerum van Holt, procuratorem in curia concilii Basiliensis, ut ibidem gerant causam contra Johannem Passert et fratres ei in hac parte adhaerentes, qui bona monasterii Canonicorum Regularium Traiectensis detinebant, dd. 1433 (mensis? die?). Orig., fine et margine a dextra parte rescissis.

2. Wilhelmus B. Mariae in Wyndesem et Baldewinus B. Mariae et S. Apostolorum Traiectensis priores delegant procuratores suos in concilium Basiliense in causa appellationis contra Johannem Passert. (S. d., c. 1434). Orig., capite et margine a sinistra parte rescissis. Datum et nomina procuratorum, instrumento graviter laeso, disparuerunt.

### **Sulpicius Severus, Vita S. Martini, fol. 1b—22a.**

Fol. 1b—2a exarata est epistola Sulpicii Severi ad Desiderium (*B.H.L.* 5610). Fol. 2a—5a: Breviarium de miraculis S. Martini. Sunt laudationes auctore *ALCUINO* (*B.H.L.* 5625). Fol. 5a—22a: Sulpicius Severus, Vita S. Martini (*B.H.L.* 5610; deest epistola).

### **Gregorius Turonensis, Sermones IV de transitu S. Martini, fol. 23a—26b.**

Primus sermo (*B.H.L.* 5619) incipit: *Archadio vero et Honorio sanctus Martinus Turonorum episcopus plenus virtutibus et sanctitate praebens.* Cf. *Gregorii Turonensis opp.*, ed. in *MG. SS., Rer. Merov.*, I. 55. Eadem lectio invenitur in aliis tribus codicibus quae infra describuntur nn. 124, 125, 126.

### **Sermo in festivitate omnium sanctorum, fol. 70b—75a.**

BEDAE tribuitur (Migne, *P.L.* 94. 452).

### **Vita S. Willebrordi (auctore Alcuino), fol. 76b—97b.**

Comprehenduntur hisce foliis varii libelli:

Fol. 76a—88a: Vita Willebrordi auctore *ALCUINO* (*B.H.L.* 8935; deest prologus). Fol. 88a—89a: Appendix de b. Wilgiso (*B.H.L.* 8936). Fol. 89a—91a: Sermo Bedae de S. Willebrordo (*B.H.L.* 8937). Fol. 91a—97b: Epylogus in vitam S. Willebrordi. Inc.: *Beatus igitur Willebrordus in brittannia insula provincia norderumbrana ex religiosis atque inclitis iuxta seculi dignitatem parentibus est editus. Des.: sunt preter hec et plurima inibi divinitus miracula prestante D. N. J. C. . . Amen.*

### **De Sancta Trinitate, fol. 104a—109b.**

Est *ALCUINI Lib. I de trinitate*, c. 2—15.

**Passio S. Barbarae virginis, fol. 110a—113a.**

Fol. 110a—112a: Passio S. Barbarae virginis (B.H.L. 917?). Sequitur fol. 112a—113a officium metricum S. Barbarae; incipit ut apud Chevalier, R.H. 2307.

**124—125**

Cf. notam ad cod. 122, fol. 23a—26b.

**126**

Huius codicis copiosam descriptionem invenies apud B. Kruitwagen, O. F. M., *Descriptio nonnullorum codicum mss. quibus insunt libelli „Speculum perfectionis” et „Actus B. Francisci”* (in *Archivum Franciscanum Historicum*, I [1908], p. 324—9). Ibidem p. 349—412 exscripta habes plurimas lectiones varias ex libello *Actus Sanctorum sociorum S. Francisci* qui in nostro codice exstat fol. 142—217b. Cf. etiam notam ad cod. 122 fol. 23a—26b.

**127****Homiliae SS. Patrum de tempore et de sanctis, fol. 1—212.**

Haec homiliae maximam partem consonant cum homiliarum collectione quae saepius typis vulgata fuit sub nomine ALCUINI. Est tamen PAULI DIACONI (Winefridi, Warnefridi). Cf. Migne, P.L. 95. 1159 ss. — Alias huius collectionis recensiones exhibent codices 128, 129 et 398.

**128****Homiliae SS. Patrum in Evangelia Dominicalia. Acc. Lectiones in quibusdam festis.**

Paucae solum homiliae consonant cum collectione Pauli Warnefridi, supra ad cod. 127 laudata.

Fol. 289—300 accedunt lectiones in festis Visitationis B. M. V., Lanceae et Clavorum, in die Octava Visitationis et in festo Praesentationis B. M. V., nitide exaratae manu saeculi XV exeuntis.

**129****Homiliae SS. Patrum in Evangelia Dominicalia.**

Sunt homiliae in Evangelia de Tempore. Differt haec collectio iterum ab iis, quae insunt codicibus 127 et 128; est tamen simillima alteri collectioni quae exstat in cod. 398 postea memoranda.

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata sunt duo folia exarata manu saec. XIV exeuntis ex *manuali* sive *renteboek*, olim pertinenti ad quoddam monasterium Mosactraiectense, ut apparet ex villarum et vicorum nominibus inibi laudatis.

**130**

Desunt folia 49—64, inde a voce *Lupus* usque ad *Odor*. Horum foliorum iam sex invenire potuimus in variis libris, quorum tegumentis glutine affixa erant. Exstant in istis foliis hae Alanici libelli partes: *Macula-Mensa*; *Mortalis-Munus*; *Nasus-Nuptiae*; *Os (ossis)-Odor*. Folia ista reperire nobis contigit in bibliothecae

nostrae libris qui signantur G fol. 210, H fol. 118 et H fol. 309, quorum possessor olim fuit Hubertus Buchelius, ecclesiae S. Mariae Traiectensis canonicus. Cf. notam ad cod. 709.

Inde a folio 108a usque ad 114b exarati inveniuntur quattuor libelli, quos primo excepto neglexit Tiele. Sunt autem:

**Tractatus de septem vitiis capitalibus, fol. 108a—108b.**

Inc.: *Septem sunt vicia capitalia sive principalia quae sunt omnium origo malorum.* Nonnulla huius tractatuli incisa verbotenus consonant cum HUGONIS DE S. VICTORE *De Sacramentis*, I. II, pars 13, cap. 1 (Migne, *P.L.* 176. 525).

**(Arbor vitiorum), fol. 109a—112b.**

Idem libellus, initio tamen rescisso, invenitur in cod. 112, fol. 105a—115a. Est HUGONIS DE S. VICTORE, *De fructibus carnis et spiritus*, Cap. 3—10. Cf. quae notavimus ad cod. 112 l. c.

**Hugo de S. Victore, De fructibus carnis et spiritus, fol. 113a—113b.**

Habet codex solummodo quae sequuntur capitula eaque hoc ordine: Prologus, capp. 1—3, 10, 9, 8, 7, 6, 5, 4, sententiis quandoque contractis (cf. Migne, *P.L.* 176. 997 ss.).

**Alanus ab Insulis, De sex alis Cherubim, fol. 114a—114b.**

Exstat apud Migne, *P.L.* 210. 273 ss., et saepius inter opera spuria S. Bonaventurae.

133

**Tractatus de laudibus diurnis, cet. fol. 118a—125a.**

Inc.: *Sepecies in die laudem dixi tibi. Quamvis Deus.* Invenitur etiam in codd. 174, 357 et 373. Est tractatus theologicus, diversus valde ab alio indolis asceticae, qui ab eisdem exorditur verbis: *Sepecies in die.* Cf. quae notavimus ad cod. 159, fol. 80b—91a.

136

**Albertus Magnus, Tractatus super evangelio Missus est angelus Gabriel etc., fol. 2—110b.**

Est libellus qui saepius vulgatus est sub titulo *De laudibus B. Mariae Virginis* (cf. cod. n. 137). Non est tamen Alberti Magni, sed RICHARDI A S. LAURENTIO. Cf. Quéatif-Echard, I. 177; Hurter, *Nomenclator*, II. 382.

**S. Augustinus. Sermo de eodem argumento (de assumptione B. M. V.), fol. 125b—128b.**

Invenitur inter Homilias de Sanctis quas collegit Paulus Diaconus (Migne, *P.L.* 95. 1490).

**Tractatus de B. Virgine, fol. 128b—165a.**

Fol. 128b: „Petrus comestor sequentes versus composuit” = Chevalier, *R.H.* 18874.

Fol. 128b—165a: Tractatus de nativitate, conceptione (Verbi divini) et assumptione B. M. V. Inc.: *Duo michi creditores instant.*

**Albertus Magnus, De laudibus Mariae Virginis.**

Non est Alberti Magni, sed RICHARDI A S. LAURENTIO. Cf. quae diximus ad cod. 136, fol. 2—110b.

**Anselmus Cantuariensis episc., Tractatus de custodia hominis interioris, fol. 1—6.**

Est fragmentum (Cap. XIII—XV) ex libro IV *De anima* pseudo-HUGONIS DE S. VICTORE. Typis vulgatum invenitur apud Migne, *P.L.* 177. 185—188.

**Eiusdem Orationes sive Meditationes XV, fol. 7—54.**

Partim consonant cum meditationibus S. Anselmi quae exstant apud Migne, *P.L.* 158. 709 ss. Meditationes 2, 3, 4, 5 sunt apud Migne respective medd. 2, 3, 20, 41.

**Eiusdem Orationes ad B. Mariam et ad aliquos Sanctos, fol. 55—106a.**

Exstant apud Migne, *P.L.* 158. 948 ss. sub nn. 50, 51, 52, 62, 64—72, 75, 74.

Fol. 1a scribitur manu coeava: „Sum cruciferorum Traiectensium ad ripam Mose“.

**Antonius Parmensis, ord. fr. praedicat., Postillae omnium evangeliorum dominicalium totius anni omniumque feriarum quadragesimae, fol. 2—144b.**

Fol. 1b scribitur: „Postille dominicales Anthonii de padua.“ Non sunt tamen Antonii de Padua, O. F. M., sed ANTONII PARMENSIS O. P., ut fert ipse codex fol. 144b.

**Sermo de dedicatione cet., fol. 144b—146b.**

Inc.: *Venit filius hominis querere.* Deinde sequitur:

**Ammonicio utilis et proficua de morte, fol. 146a—b.**

Inc.: *Fratres my karissimi anima de corpore exhibit sed non sponte.*

**Sermones L super Orationem Dominicam, fol. 147—244a.**

Sunt HERMANNI PETRAE DE SCUTBORPE, O. Cart., († 1428). Saepius exstant typis vulgatae. Cf. Campbell, nn. 919 et 920.

**Allegationes factae pro fratribus ordinis fratrum minorum in communi viventium et fratres eiusdem ordinis de observantia nuncupatos per ven. patrem Franciscum Tafet eiusdem ord. generalem ministrum et magistrum in sacra pagina in S. Concilio Basiliensi, fol. 234a—245a (non usque ad 260b, ut ait Tiele).**

Sequantur dein in codice:



**Responsiones ad praemissa pro fratribus de stricta observantia ordinis minorum contra fratres eiusdem ordinis de communi vita factae per venerabilem sacrae paginae professorem magistrum petrum reginaldi doctorem eximium universitatis parisiensis fratrem de stricta observantia ordinis praedicti, fol. 245a—260b.**

**Ludov. de la Turre, Apologia defensoria fratrum minorum de observantia, fol. 260b—271b.**

Typis exstat vulgata in opere *Speculum Minorum seu Firmamentum trium Ordinum S. Francisci* (Venetiis 1513), Pars III, fol. 228a—245b. Sequitur in codice fol. 271b—272b: Bulla Eugenii Pp. IV „Ut sacra ordinis Minorum” (1446 Julii 23). Vulgata exstat in laudato opere *Speculum Minorum* etc., Pars III, fol. 40b—41b et saepius alibi.

## 146

**De confratribus nostri ordinis scil. Donatis (et de aliis quibusdam materiis), fol. 387—390.**

Haec ita supplenda sunt:

Fol. 387a: Quaestiunculae de Donatis et de Sacramentis ministrandis tempore interdicti.

Fol. 387b—389a: Quaestio disputata de obedientia. Inc.: *Carissimi, discutere quod.*

Fol. 389a—390b: Quaestiunculae variae de hac materia: Utrum religiosus teneatur revelare suo praelato secreta sibi commissa. Auctores harum quaestiuncularum sunt: THOMAS DE AQUINO (389a; 390a), ROB. HOLKOTH (390b) et magister WILHELMUS (390b). His intermixta est alia de eadem materia quaestio in cuius fine exaratae sunt: „prescripta questio cum quattuor aliis infrascriptis propositae fuerunt in capitulo generali fratrum predicatorum parisiis celebrati anno domini 1269 coram magistro eiusdem ordinis et diffinitoribus Inter quos erant septem lectores et unus magister. Item coram magistris simul congregatis videlicet fratre thoma de aquino fratre boniohe [l. Bonohomine] fratre petro de cathamisia [l. de Tarentasia] fratre bartholomeo.” Typis exaratae inveniuntur istae quaestiones inter S. Thomae Aquinatis opuscula, in editione quam curavit Petrus Pelican (Parisiis, J. Jost, 1656). Cf. Quéatif-Echard, II, 650.

## 147

Fol. 498b: Exstant eadem quaestiunculae duae de Donatis et de sacramentis ministrandis tempore interdicti, quae in codice praecedenti 146 exaratae sunt fol. 387a.

## 148

Fol. 4a in fronte legitur: „liber iste continet folia II<sup>c</sup> ende I<sup>a</sup> pro folio pappiri I stuver solvi pro scribendo. vj. r. gulden V stivers pro ligando II s. gro;” et paullo inferius: „lectura domini francisci de zarabellis constitit in scribendo — V gouden cronen.” Fol. 6b abrasa erat annotatio quam ope ammoniacae liquidae in lucem edere potuimus: „Partinet Adriano de Warberghe.”



## 154

Operibus S. Bernardi a Tiele iam indicatis inserta sunt fol. 70a—76b qui sequuntur tres sermones:

Fol. 70a—72a: Sermo de Nativitate Domini. — Exstat inter S. Bernardi opera spuria in *S. Bernardi opera omnia*, ed. Lugduni, Jo. Cleyn, 1515, t. II. fol. 428a1—b2.

Fol. 72a—74b: PETRUS DAMIANUS. *Sermo de annunciatione B. M. V.* (Migne, *P.L.* 144. 557; 184. 832).

Fol. 74b—76b: Sermo de S. Stephano. — Exstat inter opera S. Bernardi spuria in ed. Lugdun. 1515, fol. 430b2—431b1; cf. supra.

In codicis initio legitur: „Sti Johannis.“

## 158

## Eiusdem [S. Bernardi] Liber de XXII sententiis, fol. 33a—65b.

Fol. 33a—61b descriptae sunt Meditationes quae sub Bernardi, alibi vero sub Bonaventurae circumferuntur nomine. Videntur tamen neutrius, saltem in redactione nostra. Inc.: *Dominus noster Jesus Christus in die palmarum* (cf. Little, p. 80). Habet libellus paragraphos 21 (non 22), quarum §§ 6—43 verbotenus exscriptae sunt ex opusculo pseudo-BERNARDI *Meditatio in Passionem et Resurrectionem Domini*, cap. 1—8 (Migne, *P.L.* 184. 741). Alios paragraphos (§ 4—5 et 14—21) inter Bernardi opera invenire non potuimus. — Libello in codice adiuncta est Epistola ad Odonem mox describenda, eaque a manu saeculi XV notatur „§ XXII.“ Inde error apud Tiele: „Liber de XXII sententiis.“

Fol. 61b—65b: Epistola [S. BERNARDI] ad Odonem Canonicum (Migne, *P.L.* 182. 244).

## S. Methodius, De principio saeculi et interregnis gentium et fine saeculorum, fol. 112b—115b.

Est initium libelli quod typis expressum exstat sub titulo: *Revelationes B. Methodii*, ed. per Seb. Brant, Basileae, M. Furter, 1516, et saepe alibi. Longe maior libelli pars in codice deest.

## Expositio in Cantica canticorum, secundum S. Bernardum, fol. 135—196.

Est HAYMONIS HALBERSTADENSIS (Migne, *P.L.* 117. 295—358).

## 159

Fol. 69—79b: „Septem epistole edite [a B. Bernardo] . . . ad fratres ordinis nostri [i. e. Ordinis Carthusiensium], cel.“ Hae epistolae typis expressae exstant apud Mabillon, *Opp. omnia S. Bernardi* t. I, nn. 41, 42, 153, 154, 155, 250, 270. In fine (fol. 79b): „Expliciu[n]t septem epistole edite a beato bernardo ad fratres ordinis nostri partim, specialiter prime quinque. Reliquae duo ad papam pro fratribus ordinis. Quae hic sunt insimul collecte et conscripte ut ex eisdem considerari possit in quanta reverencia iste sanctus pater ordinem nostrum habuit pro quo sic zelatus est unde merito est dolendum de negligencia moderni temporis ut dicunt statuta.“

Nam si adhuc in fervore primo staremus utique haberemur in reverencia qui propter nostram negligenciam habere [despectum?] etc." Verbum uncis inclusum olim abrasum fuit.

Fol. 80b—91a: *Contemplationes* B. BERNARDI *de Passione Domini*. Non sunt Bernardi; vulgatae vero exstant inter *Opera S. Bedae* (Migne, *P.L.* 94. 561). Inc.: *Sepcies in die laudem dixi tibi. Rogasti me*. Idem libellus invenitur in codd. 161 et 387. Est libellus asceticus, valde diversus ab altero theologico, qui incipit: *Sepcies in die laudem dixi tibi. Quamvis deus semper*, quique exaratus exstat in codd. 133, 174, 357 et 373; cf. notam ad cod. 133 fol. 118a—125a. In nostro codice 159 fol. 80b ad calcem haec de auctore minio adnotantur: „Sequens tractatus attribuitur beato bernardo licet multum discrepet a stilo eius consueto forte tamen quia propter simplicitatem illius cui scripserit vel ad maiorem devocionem excitandum stilum variaverit.”

Fol. 91a—95a: *Planctus beati* BERNARDI *de Passione domini*. Inc.: *Adoramus te Criste Jhesu preciosum nostre redemptionis precium hostia pacifica*.

## 161

### S. Bernardus, Opuscula quaedam (genuina et spuria), fol. 1—145a.

Codici insunt qui sequuntur libelli:

Fol. 1a—59b: S. BONAVENTURA, *Vitis mystica*, ed. in *S. Bon. opp. omn.*, VIII (Quaracchi, 1898), p. 159 ss. Codex noster hunc ordinem habet: cap. 1—23; additamentum V; cap. 24; additam. VI.

Fol. 59b—67b: Pseudo-BERNARDUS, *Lib. de amore dei* (Migne, *P.L.* 184. 583).

Fol. 69a—76a: GUILLELMUS A S. THEODORICO, *Tract. de contemplando deo* (Migne, *P.L.* 184. 367).

Fol. 76a—80a: EGBERTUS SCHONAUGIENSIS, *Soliloquium* (Migne, *P.L.* 195. 105).

Fol. 80a—84b: Hymni qui apud Chevalier, *R.H.*, notantur 9541—2, 19416 et 18056. Ad 18056 (*Planctus* B. BERNARDI *de Passione Domini*) in codice fol. 81b ad calcem scribitur: „Istum planctum beati bernardi eciam habemus alibi melius et correccius quia hic sunt plura inserta que non sunt de essencia planctus bernardi unde eciam non est tutum ex isto transcribere.” — Ad incisum vero *O triumphale lignum crucis* in margine notatur: „Istud non est de essencia planctus bernardi licet aliquis forte ex devocione inseruit, sicut et cetera.”

Fol. 84b—85b: *Tractatus* B. BERNARDI *de beneficiis dei ad Gherardum fratrem suum*. Inc.: *Dilectionem tuam attentius deprecor*. Exstat idem tractatus in cod. 387, fol. 131a—b. Inter opuscula B. Bernardi typis excusa hic libellus non invenitur.

Fol. 85b—92a: *Stimulus amoris*. Editus saepius fuit inter opera tam ANSELMI tam BERNARDI (Migne, *P.L.* 158. 748 et 184. 955).

Fol. 92a—98a: *Contemplationes eiusdem* [B. BERNARDI] *de Passione Domini*. Inc. *Sepcies in die*. Cf. notam ad cod. 159 fol. 81a—91a.

Fol. 98a—99b: ARNULFUS DE BOERHS, *Speculum monachorum* (Migne, *P.L.* 184. 1175).

Fol. 99b—101b: *Liber de honestate vitae*. Inter opera B. BERNARDI (Migne, *P.L.* 184. 1167).

Fol. 101b—116b: *Meditationes*. Inc.: *Multi multa sciunt*. Cf. notata ad cod. 59, fol. 142a—156b.

Fol. 116b—134b: *Liber de conscientia*. Inter opera B. BERNARDI (Migne, *P.L.* 184. 507).

Fol. 135a—145a: B. Bernardus. *Epistola apologetica* (Migne, P.L. 182. 898).  
 Fol. 147—181: HENRICUS DE COESFELT, O. Carth., († 1410), *Tractatus de tribus votis monasticis*.

### S. Bernardus, Opuscula quaedam.

Insunt codici:

Fol. 1—58a: *Bernardi epistola ad Fratres de Monte Dei, ordinis Carthusiensis*. Non est Bernardi, sed vel GUGONIS Carthusiensis, vel GULELMI A S. THEODORICO. Idem libellus exstat in codd. 184, 361 et 375. In fine (fol. 58a) atramento pallido legitur: „per manus ade de scoerl exepto primo latere [alia manus addidit] monachi professi huius domus.” Revera folium primum rectum huius libelli alia manu exaratum est ac reliqua pars.

Fol. 60a—96a: B. BERNARDUS, *De consideratione* ll. V.

Fol. 96b: Excerpta ex dictis SS. Patrum.

Fol. 97a: Mann saec. XV ineuntis exaratum est:

#### *Interpretatio nominis ihesu*

ihesus	}	Jocunditas merencium	Vroelichiet (!) der bedroefder	}	ihesus
		Eternitas vivencium	Eewicheit der levender		
		Saturitas esuriencium	Satheit der hongherigher		
		Utilitas egencium	Nutzicheit der dorstighen		
		Sanitas languencium	Ghesontheit der siecten		

#### *Interpretatio nominis marie.*

Maria	}	Miseratrix miserorum	Ontfermerinne der armen	}
		Auxiliatrix desolatorum	Helperinne der ellendighen	
		Reparatrix confractorum	Wedermakerinne der gebrokenre	
		Imperatrix angelorum	Ghebiederinne der enghelen	
		Advocatrix peccatorum	Voorsprekerinne der sondaren	

Sequuntur duodecim fidei articuli, distributi per XII apostolorum nomina.

Fol. 97b—113a: *Epistola B. Bernardi ad sacerdotem*. Inter opp. B. Bernardi: Migne, P.L. 184. 772. Amanuensis initio tractatus hanc apposuit notulam: „Sequens opusculum sive epistola intitulum sic secundum aliquos Incipiunt gemme crucifixi beati bernardi abbatis. Et est liber multum utilis pro sacerdotibus.”

Ad calcem libelli (fol. 113a): „huic libro repperi quedam addita in alio quodam exemplari.” Codex tamen desinit ut in editis.

### S. Bonaventura, Parvum bonum vel Regimen conscientiae quod vocatur Fons vitae (vel Centiloquium), fol. 1—24a.

Verus huius libelli titulus est *De triplici via seu Incendium amoris*. Typis vulgatum exstat in *S. Bonav. opp. omn.*, VIII (Quaracchi 1898), p. 1—18.

**Expositio super Pater noster, fol. 24b—29.**

Est opusculum dubium S. Bonaventurae, ed. in *Opp. omni.*, ed. cit., VII, p. 652—5.

**Speculum prelatorum, (auctore Jacobo de Gruytrode s. de Clusa?) fol. 30—54.****Speculum subditorum, (auctore Jacobo de Gruytrode s. de Clusa?) fol. 55—108.**

Utrumque speculum est JACOBI DE GRUYTRODE, O. Carth., † 1475, (qui non est idem ac Jacobus de Clusa) et pluries editum est sub falso nomine Dionysii Carthusiani, e. c. Nurembergae apud Petr. Wagner 1495. Cf. notanda ad cod. 236.

**Dialogus de creatione mundi et eius redemptione, fol. 109—138.**

Inc.: *Sepius rogatus a condiscipulis*. Verus libelli titulus est *Elucidarius*. Cf. A. Sanderus, *Bibliotheca belgica manuscripta* (Insulis 1644), I, p. 115 n. 22. Little, p. 220, qui libellum *Elucidarium fidei* nominat, eundem tribuit GUILLELMO COVENTRY. Quomodo hic libellus aliquando adiudicatus fuit S. Bonaventurae vide in nota ad codicem 111 fol. 102—110a.

## 165

**(S. Bonaventura), Pharetra, sive excerpta ex auctoribus ecclesiasticis et profanis, ord. alphabet. argumentorum.**

Non est Bonaventurae, sed alterius auctoris Saec. XIII, cf. *S. Bonav. opp. omni.*, ed. cit., VIII, p. CXV n. 41.

## 166

**Speculum monachorum (adscriptum S. Bernardo), fol. 31a—39a.**

Non est S. Bernardi, sed est fragmentum ex DAVIDE AB AUGUSTA (Lib. I, cap. 1—26).

**Anselmus episc. (Cantuariensis), Stimulus amoris divini, fol. 39a—45a.**

Cf. supra ad cod. 161 fol. 85b—92a.

**Speculum peccatorum (adscriptum Gregorio I), fol. 140b—146a.**

Typis invenitur expressum inter opera spuria S. Augustini (Migne, *P.L.* 40. 983). Apud Little hoc opusculum bis adscribitur RICHARDO ROLLE DE HAMPOLE; vide ibidem initium: *Quoniam carissime, dum in huius via vitae et aliud: Quoniam in huius vitae via* (pp. 201 et 204). De praefato Richardo Rolle cf. *Dictionary of national biography*, XLIX, 164—6.

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata fuerunt duo instrumenta:

1. Arnoldus de Loec, clericus Traiectensis, procuratores constituit Theodoricum Poelman et Henricum Inghenoech(?), perpetuos vicarios in ecclesia S. Walburgis Arnhemensis, ac Johannem Rebel et Wilhelmum Thonys laicos, ad prosequendum beneficium in ecclesia S. Walburgis Arnhemensis, quod ei

a Martino V papa reservatum fuit. Datum 1420 Novemb. 26. (Orig., margine a sinistra parte paululum rescisso).

2. Sententia officialis Curiae Traiectensis „sede Traiectensi vacante,” subdelegati a Ghiselberto de Lochorst, qui per generalem synodum Basiliensem „ad sedem specialiter” deputatus est ex inserta bulla dd. 143[3] Kal. Octob. — S. d.; circa finem anni 1433: in instrumento enim legitur „bone memorie dominum Swederum protunc episcopum Traiectensem”, et inter personas saeculares, ad quorum notitiam hoc instrumentum profertur, enumeratur Walramus de Moirse. (Orig., bina fragmenta, margine a dextra parte et fine rescissis).

## 167

Codex est apographum codicis 126 fol. 92b—217b, quod abunde describitur et probatur apud B. Kruitwagen, p. 332—4, in opere laudato ap. cod. 126.

Fol. 108b legitur subscriptio: „Explicit feliciter per fratrem wermbold a<sup>o</sup> 1510 XXV marci.” E collatione cum aliis codicibus a fr. Wernboldo „a Leydis” cognomine exaratis (codd. 131, 186, 187, 198, 199, 335, 733) liquet, fr. Petrum exarasse fol. 1—76, fr. Wernboldum vero fol. 77—192.

## 169

**Diaeta salutis et quaedam minora, S. Bonaventurae adscripta.**

Fol. 1a—145a: *Diaeta salutis* non est Bonaventurae, sed certo est GUILLELMI DE LANITIA, O. F. M., ut etiam expresse dicit cod. 168 fol. 1a. Cf. *S. Bonaventurae opp.* (ed. cit.), VIII, p. CXI, n. 8.

Fol. 146b—160b: *Breves Sermones* BONAVENTURAE. Non sunt nisi themata pro sermonibus, addita ad calcem libri *Diaeta salutis* (cf. cod. 168, fol. 87b—103a).

Fol. 178a—179a: *Devota contemplatio seu meditatio edita* a BEATO BONAVENTURA *de nativitate domini nostri ihesu cristi*. Est ex pseudo-Bonaventurae libello *Meditationes vitae Christi*, cap. VII.

Fol. 179a—183b: *Tractatus de resurrectione a peccato ad gratiam admodum utilis ex dictis sancti bonaventure excerptus*. Libellus non est ipsius Bonaventurae, sed uti codex recte dicit „ex dictis Sancti Bonaventurae.”

Cf. de hoc codice *S. Bonav. opp. omn.*, VIII, p. CXIII, n. 6.

## 170

**Profectus religiosorum (adscriptum S. Bonaventurae), fol. 1—92.**

Est DAVIDIS AB AUGUSTA, I. II et III.

Fol. 29a—30a interpositum est initium (prologus et art. 1 partim) opusculi DIONYSII CARTHUSIANI, *De votis et professione religiosorum* seu *De professione monastica*.

Fol. 28a: „Explicit liber primus (sic) profectuum religiosorum anno domini mill<sup>o</sup>cccc<sup>o</sup>lxxv<sup>o</sup> in profesto io[hannis] ante portam latinam infra primam et 2<sup>am</sup>. Per fratrem iohannem mersen novicium oretur pro eo etc.”; et fol. 92b: „Scriptum per fratrem iohannem mersen tunc temporis ibidem novicium Anno domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>lxxv<sup>o</sup> In festo valentini infra 2<sup>am</sup> et terciam oretur propter deum pro eo etc.”

**Lamentatio (peccatoris), fol. 249b—250b.**

Inc.: *Quis dabit capiti meo.... Conversi sunt dies festi mei.* Idem libellus habetur in codd. 228 et 229. Est forsitan JOHANNIS HAGEN (de Indagine) O. Carth., *De planctu solitarii.* Cf. Jo. Trithemius, *De scriptoribus ecclesiasticis* (ed. Colon. 1546), p. 339.

**171**

Descriptioni a Tiele datae haec substituatur:

**David ab Augusta, lib. I, pars I (= c. 1—26), lib. II et III.**

Fol. 9a—10 inserta est: *Admonicio regularis disciplinae.* Inc.: *Ad hoc studeat quisque bonus religiosus.*

**172****Speculum B. Virginis Mariae (adscriptum S. Bonaventurae).**

Non est S. Bonaventurae, sed CONRADI DE SAXONIA (Holzinger), O. F. M. Nuper editum est a Patribus Collegii S. Bonaventurae, Quaracchi 1904.

**173****Meditationes de vita J. Christi (adscriptae S. Bonaventurae), fol. 1—40**

Non sunt Bonaventurae, sed verosimiliter JOHANNIS A CAULIBUS, O. F. M. Cf. *S. Bonaventurae opp. omn.*, VIII, p. CXII, n. 14 et X, p. 25 n. 41.

**Lamentatio glor. Virginis Mariae iuxta crucem, a B. Augustino edita vel sec quosdam a B. Bernardo, fol. 41—43**

Typis excusus exstat hic tractatulus inter *Opera S. Bernardi*, ed. Lugduni, Jo. Cleyne, 1515, t. I. fol. 190a1—191b1.

**Meditatio super Salutationem Angelicam, fol. 44—45a.**

Fuit aliquando edita tamquam opusculum S. Bonaventurae; non est tamen eius. Cf. *Ratio novae collectionis operum omnium S. Bonaventurae* (ed. Fidelis a Fanna O. F. M.) Taurini 1874, p. 40, n. 18.

**S. Basilius, Tract. de recommendatione vitae solitariae, fol. 87—89.**

Non est S. Basili, sed est fragmentum (cap. XIX) ex PETRI DAMIANI libro qui dicitur *Dominus vobiscum* (Migne, *P.L.* 145. 246—51). Cf. notata ad. cod. 412, fol. 101—103.

**Speculum, adscriptum S. Bernardo, fol. 89a—b.**

Est ARNULFI DE BOERIS (Migne, *P.L.* 184. 1175).

**Tractatus de arte bene moriendi, fol. 114—121.**

Tiele p. 413 (Addenda et corrigenda) libellum falso adiudicat JOHANNI GERSONI. Cf. adnotationem ad cod. 58 fol. 24—50.

**Speculum peccatorum** (adscriptum S. Gregorio magno), fol. 122—125a.

Typis vulgatum exstat inter opera spuria S. Augustini (Migne, *P.L.* 40. 983).  
Cf. notata ad cod. 146 fol. 140b—146a.

**Regula fratrum ordinis tertii B. Francisci de penitentia**, fol. 125b—127b.

Est regula Nicolai papae IV, 1289 Aug. 18 (Potthast, *Regesta*, n. 23044).

**Monita de verbis Isidori extracta ad instruendum hominem qualiter vilia valeat evitare, cet.**, fol. 128—131.

Sunt minutatim excerpta ex ISIDORI HISPALENSIS *De contemptu mundi*. Inc.:  
*O homo scito temetipsum* (ed. Colon., 1617, p. 228 col. 2 F).

**Proverbia Sapientum, cet.** (partim metricè), fol. 156a—157a.

Versus qui habentur fol. 156a—b, inc.: *Cur* (non *Quod*) *mundus militat sub vana gloria* (Chevalier, *R.H.* 4146), tribuntur fratri JACOPONI DA TODI.

**Petrus Damiani, Epistola ad Blancam comitissam**, fol. 157a—b.

Est ex eiusdem opusculo *Institutio monialis*, cap. VI (Migne, *P.L.* 145. 737),  
inc.: *Pensandum quippe est*. Eadem epistola exstat in cod. 386.

**S. Bonaventura, Tractatus de stimulo conscientiae, Parvum bonum dictus**, fol. 168a—173a.

Est opusculum *De triplici via*. Cf. notata ad cod. 164 fol. 1—24a.

**Tractatus cui titulus: Nota, ut homo possit amplius proficere et Deo magis placere, ista decem quae sequuntur in se studeat habere, etc.** (a nonnullis S. Bernardo adscriptus), fol. 173b—180.

Conflatur tractatus ex variis fragmentis libelli pseudo-Bonaventuriani *Stimulus amoris* (secundum editiones antiquiores) hoc ordine: Pars II, capp. 4, 6, 7 (pars prior), 10, 11 (pars prior), 7 (pars posterior), 11 (pars posterior) etc.

**Tractatus de vera confessione facienda**, fol. 181—191a.

Est opusculum magistri MATTHAEI DE CRAGOVIA, ep. Wormatiensis († 1410). Cf. *S. Bonaventurae opp. omn.*, t. VIII (Quaracchi 1898), p. CXI, n. 12. Pluries iam editus est libellus inter S. Bonaventurae opera spuria.

**Narratio quorundam dubitabilium circa acta seu dicta per spiritum in Meyerick, quam decidit Jo. de Essendia ord. praedicat. conventus Wezaliensis, S. Theol. prof.**, fol. 224a—228b.

Exstat opusculum typis expressum, sub nomine tamen proprii auctoris, inter opera Henrici Kalteysen (vol. VI, n. 7). Cf. J. Hartzheim, *Bibliotheca Coloniensis*, p. 169.

**Vita Jesu Christi sec. Bonaventuram ut dicitur, fol. 1—50a.**

Conflata est ex *Vita Jesu Christi* LUDOLPHI DE SAXONIA, et ex *Meditationes Vitae Christi* pseudo-BONAVENTURAE (cf. cod. 173, fol. 1—40).

**Meditationes S. Bernardo tributae, fol. 74a—83a.**

Inc.: *Multi multa sciunt*. Cf. notata ad cod. 59 fol. 142a—156b.

**De Sancto Jerone, fol. 83a—85b.**

Incipit ut *B.H.L.* 3682, sed deinde differt ab editis.

**De modo legendi horas canonicas, fol. 176b—179b.**

Inc.: *Sepecies in die laudem dixi tibi. Quamvis Deus*. Cf. notata ad cod. 133 fol. 118a—125a.

**De praedestinatione seu de praescientia Dei, fol. 195b—196a et Considerationes VI ad missam celebrandam, fol. 196a—198a.**

Sunt ex *Stimulo amoris* pseudo-BONAVENTURAE (iuxta editiones antiquiores), l. III, c. 13 et l. II, c. 17.

**Speculum monachorum, adscriptum S. Bernardo, fol. 200—209b.**

Est DAVIDIS AB AUGUSTA, lib. I, pars I, c. 1—26.

**Meditationes S. Bernardo tributae, fol. 211b—225a.**

Idem libellus invenitur supra fol. 74a—83a; cf. ibidem.

**Speculum peccatorum (S. Gregorio magno adscriptum), fol. 225a—229a.**

Non est Gregorii I. Cf. notata ad cod. 166 fol. 140b—146a.

**Super Psalmum: Noli aemulari, cct., fol. 244a—248a.**

Est NICOLAI DE LYRA, *Postilla in Psalmum XXXVI*.

**Super Psalmum: Quam bonus Israel, fol. 248a—250b.**

Est NICOLAI DE LYRA, *Postilla in Psalmum LXXII*.

Tegumento posteriori agglutinatum fuit instrumentum quo Hermannus Peterman, decanus S. Mariae ad Gradus Coloniensis ac thesaurarius Osnabrugensis ecclesiarum, a sede apostolica delegatus ex inserta bulla (s. d.), episcopo Leodiensi et praesertim capitulo ecclesiae S. Servatii Traiectensis, Leodiensis diocesis, praecipit ut Johannem [de Monte?] in possessionem admittant beneficii, quod ei ab Urbano papa VI reservatum est ex inserta bulla dd. VIII kl. Maii pontificatus nostri anno primo (1378 Aprilis 23). — Orig., fine et margine a dextra parte rescissis.



Ex instrumenti laesione datum disparuit. In fronte instrumenti legitur inscriptio:  
„Iste liber pertinet Johanni de Monte.”

## 175

**Joh. Brugman, Vita almae Lydwinae.**

Est libellus B.H.L. 4926, cuius subscriptio in codice (fol. 57b) haec est: „Et sic finitur legenda virginis almae lijdwine a venerabili patre fratre iohanne brugman Anno domini MCCCCLvi<sup>o</sup> pro tunc conventus fratrum minorum iuxta sanctum audomarum lectore composita ac per nycolaum filium symonis de beverwijck ad honorem dei et sue benedictae genetricis necnon ad laudem et honorem prememoratae sacrae virginis anno domini. lix<sup>o</sup> taliter qualiter in domo ac mansiolo margarete valeken [alia manus adscripsit „vidue”] scripta. qui etiam pro mercede laboris virginis opitulamen desiderantem. eidem se devocius recommendat. finita et completa anno eiusdem mense Julii V kl. infra IX et X<sup>a</sup> horas de mane sub misse celebratione cantate in conventu dominorum Jherosolimitarum sancti Johannis Haerlemensis.” Cf. *Acta Sanctorum*, Aprilis t. II. (Antverp. 1675), p. 363, n. 400, ubi profertur eiusdem indolis subscriptio.

## 176

Erratum fuit apud Tiele in foliis numerandis. Habet codex non 156, sed 143 folia quae a libellis hoc ordine occupantur:

Fol. 1—101a: (Caesarius Heisterbacensis), Dialogi miraculorum libri VII—XII.

Fol. 101b—131b: Commentarius in Lamentationes Ieremiae.

Fol. 131b—133a: Tractatus vel Sermo de textu: Ibo mihi ad montem myrrhae, cet.

Fol. 133a—143a: Tractatus (de timore Dei, principio sapientiae).

Fol. 143a—143b: Tractatus incipiens Fulcite me floribus.

## 178

**Historia Walteri et Griseldis, fol. 140b—143b.**

Est historiola quae interprete FRANCISCO PETRARCHA exstat typis vulgata inter eiusdem *Opera*, ed. Basileae 1581, p. 540—7 sub inscriptione: *De obedientia ac fide uxoria*. Saepius etiam alibi fuit edita. In nostra bibliotheca 4 sunt codices quibus historiola ista inest, nempe cod. 82 fol. 122a—128b et cod. 178 fol. 140b—143b; inc.: *Est ad Italie littus* (deest ergo Petrarchae littera dedicatoria). In cod. 259 fol. 71b—80a eadem historiola incipit: *Inter omnes marchiones terrae . . . Gualterus ad quem familiae*; rescissum fuit itaque libelli initium (cf. ed. cit., p. 541 lin. 14). Cod. 318 fol. 129a—136a praebet etiam litteram Fr. Petrarchae dedicatariam. Omnes codices quattuor mutili desinunt verbis: *haec muliercula passa est* (cf. ed. cit., p. 546 usque ad alineam primam).

**Eiusdem [Ioannis Chrysostomi] Epistola, cuius initium: Age iam iterum, cet., fol. 149b—150b.**

Est Ep. CXXV ad Cyriacum Episcopum exsulantem.

**David Carthusiensis, Compendium, fol. 150b—153a.**

Est DAVIDIS AB AUGUSTA, lib. I, pars II (= cap. 27—41).

**Compendium cuiusdam episcopi Parisiensis de claustro animae, fol. 161a—167b.**

Libellus desinit mutilus in cap. IV *De ambulatoriis*. Typis vulgatus fuit Parisiis 1507 cum Hugonis de S. Victore *De claustro animae*. Est forte GUILLELMI ALVERNI (d'Auvergne) ep. Parisiensis. Cf. N. Valois, *Guillaume d'Auvergne, sa vie et ses ouvrages* (Paris 1880), p. 169—170.

## 181

**Themata notabilia pro sermonibus, fol. 88b—99b.**

Sic corrige:

Fol. 88b—89b: *Tractatus de modo praedicandi*. Inc.: *Ad habendam materiam in thematibus*. Idem libellus exstat in cod. 317.

Fol. 90a—99b: *Tabula locorum S. Thomae quibus Epistolae et Evangelia totius anni illustrantur*.

## 182. 183. 184

Hi tres codices a WILHELMO DICBIER, priore Canoniorum Regularium S. Augustini in Haga Eyndhoviana, c. 1520—30 compilati miscellanea continent ex variis operibus asceticis, quae tunc temporis maxime in usu erant. Quae cuique codici insunt brevi calamo perstringere visum est:

**182.** Continet opuscula sive integra, sive mutila, sive etiam inepte quandoque retractata GERARDI ZERBOLT DE ZUTPHANIA, BONAVENTURAE praecipue, aliorumque minoris ingenii auctorum. Sparsim etiam invenies multa *Exempla*.

**183.** Pars I: eiusdem naturae est compilatio ac n. 182, conflata ex GER. ZERBOLT DE ZUTPHANIA, HUGONE DE S. VICTORE, HENRICO HERP (Harphio) O. F. M., etc.; sequitur deinde *Expositio brevis titulorum Psalmorum*.

Pars II: in se habet *Echortatoria ad omnem Statum*, *Collationes in Evangelio Dominicalia*, *Collationes pro Religiosis Ord. Can. Reg.*, *Collationes in festa nonnullorum Sanctorum*.

**184.** Huic codici insunt: pseudo-BONAVENTURA, *Speculum disciplinae* (est forte BERNARDI DE BESSA, O. F. M. † c. 1290; cf. *S. Bonav. opp. om.*, VIII, p. XCV s.). — S. AUGUSTINUS, *Speculum peccatorum*. — S. BERNARDUS, *De amore Dei*. THOMAS A KEMPIS, *De vita boni monachi* (Inc.: *Audi religiose monache*), *Enchiridion monachorum*, *Manuale parvulorum*, *Doctrinale iuvenum de laude bonae congregationis* (= Sermo 2 ad Novitios cum aliis excerptis ex operibus Thomae a Kempis), *De disciplina claustralium et Eruditorium devotorum*, quod compilatum est ex variis fragmentis eiusdem Thomae opusculorum. — *Praefationes et capitulationes in omnes S. Scripturae libros*. — S. BERNARDUS, *De vita solitaria ad Fratres de Monte Dei* (de hoc opusculo spurio vide notata ad cod. 162 fol. 1a—58a).

## 187

Tegumento anteriori agglutinatum erat instrumentum quo Magister Sexagardius de Placentia, praepositus Westfrisiae, procuratores constituit. Datum 1437 Junii 8. (Orig.; instrumenti verba legi vix possunt).

## 195

**Dionysius Carthusiensis, Sermones de sanctis per hyemen, fol. 1—89.**

Est quartum opus sermonum de Sanctis ad religiosos.

**Eiusdem Sermones de tempore hyemali pro religiosis, fol. 90—177a.**

Est tertium opus sermonum de Tempore ad religiosos.

Initio codicis inserta fuerunt tria folia chartacea in quibus manu saec. XV sunt exarata instrumentorum nonnullorum apographa, mutila tamen, quae sunt de causa inter monasterium in Valle Florum prope Traiectum ordinis Carthusiensis et Wilhelmum de Boxmeer, dominum de Aequoy, super certis redditibus (datum 1466).

## 200

Codex oriundus est ex conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

## 202

**(Florus Magister, diaconus Lugdunensis), Defloratio epistolae ad Romanos et ad Corinthios I.**

Inscriptio quae exstat in fronte fol. 1: „Defloratio flori episcopi cantuariensis super epistolam ad Romanos” manu posteriore (saec. XV) exarata est, et verba *flori episcopi cantuariensis* alia manu, coeva tamen, inserta sunt, aliis verbis prius abradis. Quis sit revera auctor huius deflorationis, sive FLORES DIAC. LUGDUN., sive BEDA, sive PETRUS ABBAS TRIPOLITANUS, discutitur apud Denifle, *Quellenbelege*, S. 22—25.

Foliis 1a et 238b exarata sunt duorum instrumentorum apographa manu quae scripturae saec. XIII indolem imitata est.

1. Heydenricus, abbas S. Pauli in Traiecto, confirmat statutum, quod eius praedecessor Volquinus de antiphona *Salve regina* cottidie post celebratam maiorem missam a fratribus sui monasterii perpetuo cantanda fecerat, et pro hoc, et etiam pro suo proprio anniversario, quarundam arearum redditus designat, domo Rodenburg vendito. „Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.”

2. Heydenricus, abbas S. Pauli in Traiecto, dono dat conventui curtim in Veldrile, bona in Hemestede et Sealkwik, decimam in Cralinge, unam libram ex nova curti in Papendorp et alia bona, et eorum redditus designat ad victualia tribuenda fratribus in nonnullis festis. Datum 1264 Octava Stephani (Januarii 2). Utrumque instrumentum deest apud Brom, *Regesten van oorkonden betreffende het sticht Utrecht (694—1301)*, 1908.

## 204

**(Joannes Gerson), Liber de consolatione theologiae, fol. 1—41.**

Inc.: *Quoniam secundum apostolum quaecumque scripta sunt. Idem libellus exstat*

in codice 340. Non est Gersonis; toto namque coelo distat ab eiusdem opere quod *De consolatione theologiae* inscribitur. Fuit aliquando editus sub nomine HENRICI DE HASSIA (Campbell, n. 911), inter cuius tamen opera sive genuina sive spuria non enumeratur apud Roth, *a. a. O.*, S. 1—22. Quidquid est, ex collatione nostri libelli cum IOANNIS DE TAMBACO, O. P., notissimo opere *De consolatione theologiae* manifestum est, libellum nostrum istius operis esse Compendium; de quo Compendio etiam loquuntur Quétif-Echard, I. 668.

**Speculum peccatorum** (tributum Gregorio Magno), fol. 126a—131b.

De auctore huius opusculi vide ad cod. 166 fol. 140b—146a.

**S. Brigitta**, Sermo de excellentia Virginis Mariae, fol. 135—157a.

Est Sermo Angelicus qui exstat inter *Revelationes S. Brigittae*, ed. Colon. 1627, p. 535—52.

## 205

**Quinque definitiones monachi** ex Joh. Climaco cum glosa seu expositione Dionysii Carthusiensis, fol. 171—174b.

Certo non est opusculum Dionysii Carthusiensis, sed videtur esse JACOBI DE GREYTRODE. Sicut enim refert Arn. Bostius, *De praecipuis aliquot Cartusianae Familiae Patribus*, Cap. XXXI, (ed. Theod. Petreius, Coloniae 1609), p. 51, Jacobus ille scripsit opusculum: *De quintuplici diffinitione nominis monachi secundum Climachum*.

**Petrus Damianus**, Epistola de puero Jesu duodenni, fol. 228—242a.

Est AELREMI ABBATIS BIEVALLIS sermo (Migne, *P.L.* 184. 849).

**Gilbertus Porretaunus**, Epistola ad Hugonem priorem Sancti Victoris de scientia animae Christi, fol. 242b—252a.

Inc.: *Hugoni S. Victoris priori g. salutem. Nuper de Parisiis*. Inter neutrius auctoris opera haec epistola invenitur.

## 206

**Wilhelmus Lugdunensis** (Paraldus?), Sermones epistolares de dominicis, fol. 54a—86b.

Sunt solummodo sermones a festo Pentecostes usque ad sermonem I in Dom. XIV post Trinitatem, qui desinit mutilus. Typis exstant saepius vulgatae sub nomine GUILIELMI (ALVERNI) PARIISIENSIS.

**Gilbertus Porretanus, Sermones in Cantica canticorum.**

Non sunt Gilberti Porretani, sed GILBERTI DE HOLLANDIA (Migne, *P.L.* 184. 9—298). Error iste qui in ipso codice invenitur (fol. 1a) ex Catalogo Bibliothecae Traiectinae anni 1608 (fol. Pp. 3 verso), et huius Catalogi exemplari, quod vulgatum fuit ab Ant. Sanderi in sua *Bibliotheca Belgica Manuscripta* (cf. ibid. t. II, Insulis 1644, p. 85), et altero transsumpto, quod suo operi *Sacra bibliothecarum illustriam arcana resecta* (Aug. Vindel. 1668) inseruit Theoph. Spizelius (cf. ibid. p. 303), transit in *Histoire littéraire de la France*, t. XII, p. 471 (cf. etiam Migne, *P.L.* 188. 4253—54), ubi Commentarius in Canticum Canticorum enumeratur inter Gilberti Porretani opera inedita. Sed est error qui ex solo nostro codice-Traiectensi n. 207 ortus est.

**Guilielmus (Paraldus) Lugdunensis, Sermones super Epistolas et Tractatus de confessione, fol. 1—103b.**

Saepius typis vulgati sunt sermones sub nomine GUILIELMI (ALVERNI) PARIENSIS. *Tractatus de confessione* qui in codice et exinde apud Tiele memoratur, non est libellus singularis, sed est sermo ultimus (Dom. XXIV post Trinit.), qui est de Confessione.

In subscriptione (fol. 103b) lege: „Scriptus anno 1446 in profesto beate Katherine virginis” (non „Sancti Mathei evang.,” ut apud Tiele).

**Conradus de Brunswijk, Sermones de tempore, fol. 115—233a.**

Sunt sermones CONRADI vulgo DE SAXONIA nominati. Saepius typis vulgati fuerunt sed falso sub nomine S. Bonaventurae. Cf. *S. Bonaventurae Opp. omni.*, t. IX (Quaracchi 1901), p. XIII s. De hoc codice, qui solus Conrado de Saxonia cognomen tribuit de Brunswijk, cf. *Speculum B. Mariae Virginis Fr. Conradi a Saxonia*, Quaracchi 1904, p. IX.

Tegumento posteriori agglutinatum erat instrumentum, quo Wilhelmus de Wege, ecclesiae S. Castoris in Confluentia decanus et executor litterarum compulsatoriarum — (ad id requisitus?) a Ludovico de Garsiis, canonico Bononiensi, qui a sede apostolica deputatus erat iudex et commissarius causae inter Hermannum de Keppel, commendatorem generalem domus et balivae Traiectensis ordinis B. Mariae Theutonic., et Swederum „assertum” episcopum Traiectensem) — revocat excommunicationis sententiam, antea ab ipso latam contra Bernardum Uten Enge, Maioris, Theodoricum de Boechout, S. Johannis ecclesiarum Traiectensium canonicos, necnon contra Theodoricum Spyerink, curatum parochialis ecclesiae in Rijswijk. Datum 1432 Nov. 11 (Orig., margine a dextra parte rescissa).

**Henricus de Balma, Stimulus amoris.**

Exstant in nostra bibliotheca 4 codices (n. 213, 214, 215, 300 fol. 97a—214), qui omnes *Stimulum amoris* in eadem forma continent. Opus namque divisum est in 3 partes, et Pars I cap. 1 inc.: *Currite undique gentes et miramini*. Differt ergo nostra redactio longior ab ea breviori, quae sub nomine Jacobi Mediolanensis, O. F. M., edita est in *Bibliotheca Franciscana Medii Aevi*, t. IV (Quaracchi, 1905), p. 1—129. Quis sit auctor nostrae redactionis longioris nondum constat; probabiliter non est Henricus de Balma. Cf. *Biblioth. Franc. Medii Aevi*, t. IV, p. VIII ss.; *S. Bonaventurae Opp. omn.*, VIII, p. CXI, n. 3 et X, p. 23, n. 30 et libros ibidem laudatos. Quoad cod. 300 notandum est in eo etiam inveniri (fol. 62a—96a) breviorē *Stimuli amoris* redactionem.

**(Henricus de Balma), Stimulus amoris, fol. 1—132b.**

Vide notata ad cod. 213.

Tegumento glutine affixum erat instrumentum quo Henricus..... Ottonem Hacken, opidanum Daventriensem, Paulum de Malsen et Johannem de Honthorst laicos, cives Traiectenses, testamenti sui executores constituit. S. d., c. 1470. Cf. instrumentum anni 1472 eiusdem notarii Wilhelmi, filii Wilhelmi Buer, manu scriptum, exstans in illius „formulierbock,” *Inventaris van het kapittel van Oud-Munster*, n<sup>o</sup> 780, fol. 121. (Orig., capite et margine a sinistra parte rescissis).

**(Henricus de Balma), Stimulus amoris (hic falso S. Bonaventurae tributus), fol. 1—55.**

Cf. notata ad cod. 213. Libellus certo non est Bonaventurae foetus, ut scite notavit Tiele.

**Manuale precum e SS. Patribus collectum, fol. 56—64.**

Typis exstat expressum tam sub nomine S. AUGUSTINI (opuseulum spurium *Manuale*, Migne, *P.L.*, 40. 951) quam sub nomine HUGONIS DE S. VICTORE (tractatus spurius *De anima*, Liber IV; Migne, *P.L.*, 177. 171). Cf. B. Hauréau, *Les oeuvres de Hugues de S. Victor* (Paris 1886), p. 183—4.

**Miraculum S. Mariae (versibus leoninis), fol. 64b.**

Est miraculum quod indicatur apud Poncet *Index miraculorum B.M.V.* (ed. in *Analecta Bollandiana*, XXI, 1902), p. 356, n. 1772.

**Henricus de Hassia, Dialogus de modo celebrandi seu recipiendi sacramentum eucharistiae, fol. 1—15.**

Est MATTHAEI DE CRAGOVIA, ep. Wormatiensis († 1410). Editiones et codd. mss. apud Roth, *a. a. O.*, S. 9—10. Auctorem genuinum in suis correctionibus iam notavit Tiele (p. 413), ubi tamen erronee correctio relegatur ad codicem 218 p. 71 lin. 20; lege p. 71 lin. 7.

**Sermones de sacramento eucharistiae, fol. 65—94**

Sunt DIONYSII CARTHUSIENSIS sermones sex de Venerabili Sacramento.

Tegumento olim adhaesit bulla qua Generalis Synodus Basileensis decanis B. Mariae Dordracensis et S. Johannis in Wyck prope Duersteden et S. Walburgis Zutphaniensis ecclesiarum mandat, ut quibusdam personis, qui bona et ornamenta et archivalia monasterii B. Mariae et S. Apostolorum Traiectensis occulte detinent, praecipiant, ut ea priori Balduino restituant et ut iidem mandatarii de eis, nisi faciant, excommunicationis poenam sumant. „Datum Basilee 1434 III Non. Oct.” (Oct. 5). Orig., margine a dextra parte rescisso.

Codex oriundus est ex conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

Fol. 158a—171a: *Epistola* PETRI DAMIANI ad Blancam quondam comitissam.

Est opusculum integrum quod typis exstat vulgatum inter Petri Damiani *Opera* sub titulo *Instituto monialis* (Migne, *P.L.*, 145. 731—50).

**Oratio de passione et quinque vulneribus Christi, fol. 43—45.**

Sunt THOMAE A KEMPIS Orationes V et VI de Passione Domini (*Opera omnia*, ed. 1607, p. 222 post Concionem XXVII).

Perperam Tiele Jacobum de Gruytrode, O. Carth. († 1472), eundem esse supponit cum Jacobo de Clusa. Qui in codice inveniuntur libelli quatuor certo non sunt Jacobi de Gruytrode. Videntur omnes genuinum foetus JACOBI DE JÖTERBOGK, O. Carth. (c. 1465), inter cuius opera enumerantur apud Th. Petreius, *Bibliotheca Cartusiana*, Coloniae 1609, p. 151—6. Notandum est in Tabulario Zwollae civitatis inveniri codicem ex Windesheim oriundum, qui omnino eosdem ac noster codex habet libellos, auctoremque itidem assignat Magistrum Jacobum Carthusiensem, absque addito. Cf. Acquoy, *Windesheim*, III, 275—6.

Codex oriundus est ex conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

Insunt huic codici varia THOMAE A KEMPIS opuscula, quorum tamen in doles ex codicis superscriptionibus, a Tiele datis, manet plerisque ignota. Nominabimus igitur opuscula iis titulis, quibus in editionibus ornari consueverunt.

- Fol. 1b—109b: JAC. DE GRUYTRODE, *Rosarium Jesu et Mariae* (etc. ut ap. Tiele).  
 Fol. 110a—134a: THOM. A KEMPIS, *De tribus tabernaculis*.  
 Fol. 134a—139b: " " " , *De compunctione cordis*.  
 Fol. 140a—155b: " " " , *Sermones I—IX ad Fratres*.  
 Fol. 156a—174b: " " " , *De fidei dispensatore*.  
 Fol. 174b—187a: " " " , *De solitudine et silentio* (sen *De vita solitaria*).  
 Fol. 187a—192a: " " " , *Epistola I* (ed. 1607, p. 855).  
 Fol. 192a—193b: " " " , *Epistola II*.  
 Fol. 193b—196b: *Epistola consolatoria scripta cuidam multum tribulato*. Inc.: *Noli frater nimium contristari*.  
 Fol. 196b—199a: THOM. A KEMPIS, *Epistola III*.  
 Fol. 199a—201b: " " " , *Epistola IV*.  
 Fol. 201b—202b: " " " , *Epistola V*.  
 Fol. 202b—203b: *Nota signa humilitatis*. Inc.: *Humilis timore Dei correptus*.  
 Fol. 204a—212a: THOM. A KEMPIS, *Exercitia spirituality* (ed. 1607, p. 509).  
 Fol. 212b—217b: " " " , *De recognitione propriae fragilitatis*.  
 Fol. 217b—235a: " " " , *De disciplina claustralium*.  
 Fol. 235b—236b: " " " , *Sermo II ad Novitios*. Initio et fine rescissis.

### Lamentatio peccatorum, fol. 70b—71a.

Est fortasse JOHANNIS HAGEN (de Indagine); cf. notam ad cod. 170 fol. 249b—250b.

### Lamentatio peccatorum, fol. 86b—87b.

Est fortasse JOHANNIS HAGEN (de Indagine); cf. notam ad cod. 170 fol. 249b—250b.

### Joannis de Gandinio s. Janduno, Commentarius in tertium (Aristotelis) de anima, fol. 1—56b, 59a—74a.

Quae a Tiele tanquam unum opus describuntur duo sunt libelli distincti:

Fol. 1—56b exstant *Quaestiones* JOANNIS DE JANDUNO (cod. fol. 56b: de Gandinio) *super tertium* (librum Aristotelis) *de anima*. Inc.: *De parte autem anime volo quedam congregare de anima intellectiva ex dictis Aristotelis*. Hoc opusculum typis expressum habetur Venetiis 1480 (Hain 7460) et saepius alibi.

Fol. 59a—74a exarata sunt eiusdem JOANNIS DE JANDUNO (cod. fol. 74a: Ganduno) *Scripta super tertium de anima*. Inc.: *Ad gloriam et honorem Dei . . . . atque gratiam ingenui viri domini Stephani Garetarii qui*.



Licet autem a bibliographis in recensendis Joannis de Janduno operibus non distinguatur inter *Quaestiones* et *Scripta super tertium de anima*, videtur tamen admitti posse, praedictum Joannem utrumque opus composuisse. Certum namque est eum duplicem libellum edidisse super libro *De substantia orbis* id est Expositionem et Quaestiones, qui ambo prodierunt Vincentiae 1486, 17 kal. Novembris (cf. Hain 7464 et l. ibidem cit.). Dubium est utrum libelli de quibus sermonem fecimus sint Joannis de Janduno an Joannis de Gandavo. De qua controversia cf. P. Feret, *La faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres*, Moyen-âge, III (Paris 1896), p. 273—5.

## 232

**Tractatus incipiens: Loquar secreto animae meae, cet., fol. 88—92.**

Est HUGONIS DE S. VICTORE *Soliloquium de artha animae*, fine rescisso (Migne, P.L. 176. 951—63).

Folio quod tegumento anteriori adhaeret inscribitur: „Liber monasterii Sancti Pauli in traiecto inferiori,” et haec alia verba: „liber Simonis de Traiecto.”

## 233

**Sigillum B. Mariae Virginis, fol. 41—53.**

Est HONORII AUGUSTODUNENSIS (Migne, P.L., 172. 499—517), prologo et fine rescissis.

**Beda Venerabilis, Expositio super Cantica Canticorum, fol. 58—112.**

Non est Bedae, sed circumfertur inter opera CASSIODORI (Migne, P.L., 70. 1056) et HAYMONIS, Halberstadensis ep. (Migne, P.L., 117. 295).

**Origines (potius pseudo-Origenes), Homilia super Cantica Canticorum metrica, fol. 169—193a.**

Est PETRI DE RIGA Carmen in Librum Cant. Cant. ex eiusdem opere inedito *Auora*. Cf. Migne, P.L. 212. 11.

Tegumento adhaesit instrumentum, quod „vidimus” audit, officialis curiae Traiectensis super bullam qua Eugenius IV papa „dilectis filiis Embricen. Traiecten. dyoc. et beate Marie prepositis ac decano Sancti Salvatoris Traiecten. ecclesiarum,” prioribus conventus in Windesem ac ei colligatorum monasteriorum petentibus, mandat, ut contraria in eorum privilegiis et statutis de donatis recipiendis ad conformitatem reducant. „Datum Bononie sexto idus novembris pontificatus nostri anno sexto” (1437 Nov. 8). Orig., bina fragmenta. Ex instrumenti laesione datum disparuit. Huius bullae apographum integrum exstat in codice Bibliothecae Regiae Haganae, sign. 78 D 32: *Privilegia et statuta capituli generalis Windesemensis*, n. 37. Cf. Acquoy, *Windesheim*, III. 74, nota 2.

## 236

**Speculum sive Stimulus poenitentiae, fol. 35—46.**

Typis vulgatum fuit una cum Speculis Praelatorum, Subditorum, Sacerdotum,

Saecularium etc. Nurembergae, ap. P. Wagner, 1495 et alibi, sub falso nomine DIONYSII CARTHUSIANI (cf. notata ad cod. 164 fol. 30—108). Quum ista Specula Praelatorum, Subditorum, Sacerdotum, Saecularium etc. genuina sint opera JACOBI DE GRUYTRODE, O. Carth., etiam hoc *Speculum sive Stimulus poenitentiae* eidem forte tribuendum erit, licet a bibliographis ei non adscribatur.

**(Jacobus de Gruytrode s. de Clusa), Speculum sacerdotum, fol. 47—57a.**

**(Eiusdem) Speculum saecularium et huius mundi amatorum, fol. 57a—81a.**

Utrumque opus est JACOBI DE GRUYTRODE, qui non est idem cum Jacobo de Clusa; cf. quae diximus ad cod. 226. Utrumque opus falso editum fuit olim sub nomine Dionysii Carthusiani; vide supra.

**Dionysius Carthusiensis, Speculum conversionis peccatorum, fol. 82a—103b.**

In codice haec invenitur libelli subscriptio (fol. 103a): „Speculum conversionis peccatorum editum a venerabili patre et domino domino Dyonisio Rikel alias de Leuwis ordinis carthusiensium professore. Qui sanctimonia vite, literaturaque velud sidus emicuit, ut in hoc opusculo, verum et in ceteris quoque optimis voluminibus fere innumeris patet.”

**Tractatus de arte praedicandi, fol. 106—113a.**

Inc.: *Omnis annunciator verbi divini*. Idem libellus exstat in cod. 373 fol. 172—176a. Maximam habet similitudinem cum S. Bonaventurae opusculo *Ars concionandi*, Pars III (ed. in *S. Bonav. Opp. omn.*, IX p. 16—21), ex quo auctorem anonymum plura hausisse dubium non est.

### 238—239

**Jordanus de Quedlinburg, Postillae Evangeliorum Dominicalium.**  
Pars II (cod. 238).

**Jordanus de Quedlinburg, Sermones dominicales. (cod. 239).**

Codex 239 continet Partem I (Dom. I. Adv. — Dom. Palm.), cod. 238 Partem II (Pascha — Dom. ult. post Trinit.) operis JORDANI DE QUEDLINBURG: *Postillae et Sermones in Evangelia Dominicalia*. Codicis sermones nonnumquam ab editis differunt; sunt etiam numero pauciores. Animadvertendum est in cod. 238 fol. 146a inveniri haec verba: „Explicit 2<sup>a</sup> pars postillarum evangeliorum dominicalium fratris iordani de quedelingburch ordinis fratrum heremitarum.” Manus coeva addidit: „Legit super pater noster eciam in erfordia Anno domini M.CCC.xxviiij.” Ista expositio super „Pater noster” inserta invenitur post Dom. V. post Pascha, sicut etiam in editis.

### 243

**(Andreas?) Lucanus, Sermones de sanctis et de communi sanctorum.**  
Acc. nonnulli alii Sermones.

In ipso codice fol. 1a et 247b sermones hi vocantur: „Sermones lucani.”

An iidem sint ac „Sermones Lucae” qui laudantur apud F. Landmann, *Das Predigt-wesen in Westfalen in der letzten Zeit des Mittelalters*, München 1900, S. 42 Anm. 1 et S. 49 Anm. 1, definire non potuimus.

## 245

**Lugdunensis (Guilielmi Paraldi episc. Lugdunensis?) Sermones.**

Sunt sermones de Sanctis, intermixtis nonnullis sermonibus de tempore. Typis saepius vulgati sunt sub nomine GUILIELMI (ALVERNI) PARIENSIS. In codice nostro dantur sermones multo plures quam in editis.

Tegumento agglutinatum erat instrumentum quo Ysebrandus, praepositus monasterii Canonicorum Regularium S. Laurentii in Belheem prope Dotinckhem, Gerardum Brant, sacrosanctae theologiae professorem, Egidium Bocheroul et Petrum Elre, Canonicos Regulares, necnon Rutgherum van Holt, procuratorem in curia generalis concilii Basiliensis, procuratores delegat in concilium Basileense in causis appellationis contra Swederum, episcopum Traiectensem, et Petrum Passert, eius vicarium, ac contra Petrum Passert et Johannem Merlo, Swederi episcopi procuratorem fiscalem; dd. 1433 Junii 20 (Orig., margine a dextra parte rescisso; in medio instrumento deest textus per spatium duarum fere linearum).

Codex oriundus est ex conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

## 248

**S. Blasius, De vita solitaria, fol. 153a—155b.**

Alibi (codd. 412, 473, 332) libellus exstat sub nomine BASILII. Est tamen neutrius, sed PETRI DAMIANI fragmentum (cap. XIX) ex opere *Dominus vobiscum* (Migne, P.L. 145. 246—51).

## 249

Tegumento anteriori inscriptum est: „Pertinet ad carthusienses prope traiectum inferius ex testamento domini Ottonis.” Initio codicis leguntur haec verba: „Liber fratrum Carthusiensium prope traiectum Quem scribi fecit venerabilis pater dominus Otto monachus dicte domus tempore noviciatus sui. hic venerabilis pater fuit dudum canonicus ecclesie sancti martini traiectensis qui relicta prebenda in exemplum plurimorum factus est huius domus monachus postea prior. Qui tempore noviciatus sui inter cetera fecit nobis scribi presentem librum et duo alia volumina Nicolay de lyra super vetus testamentum ac etiam sermones Jordani in tribus voluminibus cuius anima per misericordiam dei requiescat in pace.”

## 252

Initio codicis legitur: „Iste liber est fratrum carthusiensium prope traiectum quem scribi fecit dominus Otto tempore noviciatus sui completus post eius professionem.” Cf. inscriptionem codicis 249.

**Nicolans de Lyra, Contra errores Judaeorum, fol. 206—234.**

Sic corrigatur:

Fol. 206—219: NICOLAUS DE LYRA, *Contra errores Judeorum*.

Fol. 220—234: NICOLAUS DE LYRA, *Responsio ad quendam Judaeum sive contra impugnantes Evangelium*.

Utrumque Nicolai de Lyra opusculum saepius typis fuit vulgatum. Cf. Hurter, *Nomenclator*, II, 561.

**S. Laurentius (Mellifluus, episc. Novarensis), Liber de duobus temporibus, fol. 79b—95a.**

Est LAURENTII NOVARENSIS EP. *Homilia de poenitentia* (Migne, *P.L.* 66. 89).

**Historia Griseldis per Fra. Petrarcham Latine transposita, fol. 71b—80a.**

Vide quae de hoc libello diximus ad cod. 478 fol. 440a—443b.

Codex oriundus est ex conventu Canoniorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

**Epistola continens lamentationem de Ecclesia Hierosolymitana per infideles capta, fol. 115b—118b.**

Est PETRI BLESENSIS *Epistola de Hierosolymitana peregrinatione acceleranda* (Migne, *P.L.* 207. 4057).

**Versus leonini de Joanne Baptista, etc., fol. 125b.**

Inc.: *Aurce baptista non est similis tibi natus*. Desunt apud Chevalier.

**Series sanctorum patrum s. chronicon breve historiae sacrae, ab Adamo usque ad Christum, fol. 142—149.**

Inc.: *Considerans hystorie sacre prolixitatem necnon et difficultatem scolarium*. Sunt tabellae genealogicae Veteris et Novi Testamenti, quorum auctor apud Van den Gheyn (*Catalogue-Bruxelles*, I, p. 82, n. 474) nominatur GALLUS; cf. etiam Van den Gheyn, *l. c.*, I, n. 466—474; II, n. 4223 et Little, *Initia*, p. 44 i. v.

**Conclusiones Decisionum de iure canonico, fol. 155—167a.**

Inc.: *Auditor cause appellationis interposite statim potest. Sunt conclusiones ex Decisionibus Rotae Romanae.* Little, p. 27 haecitans (idque recte) libellum adscribit WILHELMO HORBORCH.

## 263

Descriptioni apud Tiele datae haec inserantur:

**Oratio contra remorsum conscientiae beato Jeronimo presbitero per Angelum tradita, fol. 248b.**

Inc.: *Si tantum, o clementiss. pater, reatum.*

**Oratio beati Augustini de ordine fratrum praedicatorum, Episcopi olim ecclesiae sanctae Mariae antea Luceriae, quam ipse dicebat praeparando se ad missam. Rubrica, fol. 248b.**

Inc.: *Si ante oculos tuos, domine, culpas quas fecimus et plagas. Des.: cunctarum gentium gaudeamus. Per eundem.... Amen.* Videtur esse oratio B. AUGUSTINI GAZOTTI, O. P., Episcopi Lucerensis (Lucera), † 3 Aug. 1323. Cf. C. Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*, I (Monasterii 1897), p. 328 et U. Chevalier, *Répertoire des sources historiques du Moyen âge*, i. v. Augustin Gazotti.

Fol. 4b abrasa erat haec inscriptio: „Iste liber pertinet ad fratres Carthusienses domus sancti salvatoris in valle [florum sive nove lucis prope traiectum inferius].” Praeterea ex ligaturae facie, praesertim autem ex figuris corio impressis, patet, hunc codicem revera ex praedicti monasterii bibliotheca esse oriundum.

## 264

Fol. 304a haec subscriptio legitur: „Orate pro scriptore fratre Wilhelmo nycolai de amstelredam monacho [verbum *monacho* deletum est] peccatore.” Codex oriundus est ex conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78 et *Corn. Block's Kroniek van het Regulierenklooster te Utrecht*, uitg. door J. G. C. Joosting in *Bijdragen en Mededeelingen van het Historisch Genootschap te Utrecht*, XVI (1895), p. 86.

## 268

Descriptioni a Tiele datae haec substitui debet:

**268** (*Eccl. 3, antea 289e.*) *Membr. fol. (III) et 332 fol., 2(4) col. Textus cum glosa, litterisque initial. pict. et deaur. saec. XIV ineuntis. Commentarius an. 1412.*

**Petrus Lombardus. Glosa (collectanea) in epistolas Pauli cum commentariis Petri de Tarentasia.**

Fol. Ib inc.: *Tabula epistolarum beati Pauli.* Fol. Ila prologus I: *Dedi te in lucem gentium.* Ibid. prologus II: *Vas electionis est mihi.... In magna*

*autem domo, ut ait Apostolus.* Fol. 328 in fine: „Penna precor siste tenuit labor iste satis te.” Fol. 329a: „Incipit tabula glose,” etc. Fol. 332a: „Explicit tabula glose petri de tarentasio super epistolas pauli scripta composita et completa anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo in profesto nativitatis gloriosissime virginis marie. Deo laus et graciaram actio in seculorum secula amen.” Codex noster continet Petri de Tarentasia commentarium interpolatum, ut liquet ex eiusdem collatione cum fragmentis quae exstant apud H. Denifle, *Quellenbelege*, S. 144—152. Qui etiam scite disserit de huius interpolatae recensionis origine et vicissitudinibus.

## 269

**Petrus de Tarentasia, Postillae super Epistolas Pauli.**

Fol. 1a prologus: *Vas electionis est mihi iste . . . . In magna autem domo, ut ait apostolus.* Fol. 2a alia praefatio: *Principia rerum. Huic operi videlicet libro epistolarum.* Continuata serie sequuntur dein fol. 4b—10b prologi in omnes Pauli epistolas. Fol. 11 vacat. Fol. 12a: *Tabula epistolarum*, etc. Fol. 13a prologus: *Dedi te in lucem gentium.* Fol. 306a ut apud Tiele. — Recensio, quam codex noster habet, media stat inter recensionem originalem et alteram interpolatam. Cf. notata ad cod. praeced. 268, et Denifle, *l.c.*

## 271

Tegumento adhaesit instrumentum quo quidam domini [Egidium Bę]keroul, professum in monasterio Bethlehemensi prope Lovanium, Petrum [Elre et Rutgherum van Holt] et inter alios Wilhelmum de Medemblick, in ecclesia Traiectensi, et Theodoricum Poelman [in ecclesia S. Walburgis Arnhemensis] perpetuos [vicarios], et fratrem Jacobum Horman, conversum, procuratores delegant in concilium Basiliense in causa appellationis contra . . . . — Ex instrumenti laesione maior pars disparuit. Inter testes nominantur: Wilhelmus Helmich de Daventria clericus et Wilhelmus Jacobi de . . . . Traiectensis diocesis. — Orig., s. d., c. 1433; cf. Petrus Impens, *Chronicon Bethleemitanum*, in Compendio a Hoybergio facto, p. 205 (cod. Bibliothecae Regiae Bruxellensis, Van den Gheyn, *Catalogue*, VI n. 3657) ubi narratur Egidium Bocheroul anno 1434 „circa festum S. Catherinae” monasterii Nussiensis priorem esse electum, illiusque loco in Synodum Basiliensem esse ablegatum Symonem, priorem in Leyderdorp. Cf. etiam instrumentum quod in codice 166 invenitur.

Codex oriundus est ex monasterio Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

## 274

**Vitis mystica seu tractatus de passione Domini super textu: „Ego sum vitis vera” tributus S. Bernardo, fol. 120—152.**

Non est S. Bernardi, sed s. BONAVENTURAE. Cf. *Opp. omn.*, ed. Quaracchi, t. V, p. 159—89. Recensio tamen quam praebet codex noster eadem est interpolata et aucta, quae vulgatur inter opera spuria S. Bernardi (Migne, *P.L.*, 184. 635).

**Tractatus parvus de contemplatione ex dictis eiusdem Richardi (scil. R. de Sancto Victore), fol. 110—116.**

Sunt fragmentatim excerpta ex RICHARDI DE S. VICTORE libello *De exterminatione mali et promotione boni*, sc. Tract. II, capp. 4, 5, 6, 7, 8, 11; Tract. III, cap. 18 (Migne, *P.L.* **196**. 1087).

**Richardus de Sancto Victore, Opuscula.**

Exstant omnia apud Migne, *P.L.*, **196** passim, exceptis quae sequuntur:

Fol. 89b—106b: *Incipit liber eiusdem* [Richardi de S. Victore] *super Psalmum: Afferte domino*. Invenitur inter eiusdem Richardi *Adnotationes in Psalmos* (Ps. XXVIII), Migne, *P.L.* **196**. 285—308.

Fol. 106b—120a. *Incipit prologus eiusdem* [Richardi de S. Victore] *de lectione actuum apostolorum: Misit herodes rex* etc. Non est Richardi de S. Victore, sed FULBERTI CARNOTENSIS *Tractatus in Acta*, XII. 1 (Migne, *P.L.* **141**. 277—306).

Fol. 132a—134b: *De multiplici pane sacrificii legalis*. Inc.: *Carbonum et cinerum reliquiis*.

Fol. 134b—139a: *De verbis Isaiae: In die illa nutriet homo vaccam boum et duas oves*. Inc.: *In die illa nutriet homo*.

Fol. 139a—142a: *Sermo de S. Gregorio Papa et doctore glorioso*. Inc.: *Clamane cesses*.

**Super IV II. Sententiarum (Joannis Duns Scoti), fol. 27a—91b.**

Corrige . . . . „Sententiarum (PETRI LOMBARDI)”, quod iam notavit Tiele p. 413. Libellus non est commentarius in II. IV Sententiarum, sed eorundem abbreviatio „propter informationem simplicium” (cf. fol. 27a).

Fol. 1b legitur inscriptio: „In nomine domini amen. Incipit liber venerabilis fratris symonis de cassia ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini super totum corpus evangelii. Quem librum incepit ad instanciam et petitionem sui carissimi amici domini Thome de Corsinis legum doctoris de florencia Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xxviii<sup>o</sup> die sexta mensis septembris apud almam urbem. Sed ibidem Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>xlvi<sup>o</sup> in vigilia ascensionis dominice infirmatus. et sequenti anno die secunda februarii defunctus. Nec ipsum librum relegere et ordinare vel corrigenda corrigere si qua essent. nec in aliquibus tractatibus et capitulis ipsius libri perficenda perficere potuit vel complere.”

Fol. 1b legitur inscriptio: „Iste liber pertinet regularibus in traiecto.” Testatur Tiele tegumento codicis duo diplomata agglutinata fuisse. Prius instrumentum

tamen quo Johannes Passert et Nicolaus de Traiecto Generali Synodo Basiliensi incorporantur, dd. 1432 Aug. 21 (typis vulgatum apud Dodt, *Archief voor kerkelijke en wereldsche Geschiedenissen inzonderheid van Utrecht*, I. 3 [1838], p. 49—50) disparuit; alterum in codice invenimus. Descriptioni a Tiele datae haec substitui debet: „Synodus generalis Basileensis Johannem Passert procuratorem Indulgentiarum in Hollandia, Zeelandia et Flandria Traiectensis dioecesis constituit, datum Basilee 1437 II Idus Januarii (Januarii 12).

## 289

Subscriptio codicis (fol. 220a) apud Tiele fragmentatim et erronee, quoad quidem anni notam, prolata huius est tenoris: „Expliciunt sermones fratris Johannis Socci per circulum anni de sanctis, finiti anno domini 1479 Mensis marcij die quarta seu feria quinta post Dominicam Invocavit quasi hora 3<sup>a</sup> per manus fratris henrici steynhues supprioris conventus fratrum sancte crucis huyensis. Orate pro eo.”

## 290

Descriptioni a Tiele datae haec inserantur:

**(Henricus Suso), Horae de aeterna sapientia, fol. 92b—95b.**

Typis vulgatae exstant inter Susonis opera, ed. L. Surius (Coloniae 1615), p. 659—672. Incipit Rubrica in cod. (fol. 92b): *Quicumque desiderat sapientiam eternam*, etc. ut apud Tiele.

**Compendium sacrae theologiae in ll. VII divisum, fol. 96—126.**

Non est celeberrimum *Compendium theologiae* quod in variis recensionibus pluries vulgatum fuit nec *Compendium theologiae pauperis* quod etiam in variis codicibus habetur, sed opusculi vera inscriptio est *Memoriale compendii theologiae in usum rudium et pusillorum*, ut patet in prologo. Idem libellus exstat in cod. 380.

## 291

**Pratum florum Virginis Mariae, fol. 113—197.**

Est VINCENTII BELLOVACENSIS opusculum *De laudibus B. M. V.* Cf. Jo. Trithemius, *De script. eccl.* (ed. Colon. 1546), p. 187 s. Idem libellus habetur in codd. 338 et 367. Vide quae notavimus ad cod. 338. In fine libelli (fol. 197b) haec exarata sunt:

*Emula quid cessas finem properare senectus  
Cur et in hoc lasso corpore tarda venis  
Non sum qui fueram, periit pars maxima mecum  
Solve, precor, miseram de tali carcere vitam  
Mors est iam requies, vivere poena, labor.  
Altera manus coeva haec immediate addidit:  
Omnibus omnia non mea sompna dicere possum.  
Et paulo infra:  
Qui plus vult teren quam sua pluich(?) mach eren,  
Huic sequitur stelen, postea hangen by der kelen,*



**Quaestiones de iure canonico, fol. 62—121.**

Est *Summula Theologiae moralis*, 60 habens capitula, quorum primum et ultimum assignantur apud Tiele. Libellus confectus vel saltem auctus videtur ab auctore nostrae regionis. Legimus enim cap. XXXIV *De feriis* (fol. 96a) „... sed secundum instituta nostra synodalia ut patet in constitutionibus episcopi Iohannis de Arkel [dies feriandae] sunt istae”... etc. Respicitur decretum 16 Maii 1346 datum a Johanne de Arkel ep. Traiectensi de diebus festivis in dioecesi Ultraiectensi observandis; quod videbis apud *Batavia Sacra* (ed. H. F. van Heussen), Bruxellis 1714, p. 189—190.

**Algorismus, fol. 122a—129a.**

Est idem libellus qui in cod. 722 fol. 50a—55a invenitur sub nomine ARNOLDI DUNCKERINC. In nostro codice 292 deest libelli finis.

Codex oriundus est ex monasterio Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

Secundi voluminis tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata erant instrumenta duo:

1. Ludovicus, episcopus Vulteranensis, a sede apostolica delegatus ex inserta bulla (dd. 1410 Maii 29), episcopo Traiectensi et praecipue capitulo ecclesiae B. Mariae Traiectensis praecipit, ut Johannem Wit in possessionem admittant beneficii in hac ecclesia, quod ei a Johanne papa XXII reservatum est ex inserta bulla (dd. 1410 Maii 29). — S. d., c. 1410. Orig., sine rescisso.

2. Theodricus de Boechout, officialis Traiectensis (et subdelegatus ex inserto instrumento [dd. 1437 Aug. 26] a Walramo, electo Traiectensi, qui iudex, executor et commissarius unicus principalis a generali synodo Basiliensi specialiter deputatus est ex inserta bulla [dd. 1436 Sept. 20]), abbatibus, prioribus, praepositis, decanis etc. per civitates et dioeceses Coloniensem, Leodiensem, Traiectensem, Cameracensem, mandat ut bona monasterii B. Mariae et S. Apostolorum Traiectensis, dum Baldwinus Gerardijn, huius domus prior, et Wilhelmus Voern, prior in Windesem, ad ea aliquod interesse habere praetendunt, Johanni Passert et confratribus suis non adimenda curent; praefatum Baldwinum prioratu privat et in eius loco Johannem Passert priorem confirmat. „Datum Dordraci in domo habitacionis nostre vulgariter Cleyn Sevenbergen nuncupata 1437 Nov. 23.” — Orig., marginibus paululum laesis. In dorso legitur: „W. Hamer notarius 44.”

**Tabula secundum ordinem alphabeti super totam Summam S. Thomae, etiam contra Gentiles, et super quatuor scripta Sententiarum eiusdem, fol. 68, 68\*—125a.**

Hunc *Tabulae* titulum ad litteram ex ipso codice transcripsimus, ne quis ex verbis, quibus Tiele eam indicavit, in errorem abducatur.

**Considerationes quaedam doctrinales diversarum materiarum ad discretionem boni et mali. Ex libro de malo B. Thomae de Aquino sumptae (ord. alphabet.).**

Est opus anonymum. Auctorem tamen esse PETRUM VALCKENDAEL DE ZYL (†1485), priorem monasterii Canonicorum Regularium Traiectensis, sine dubio eruitur ex iis quae de ipso narrat Cornelius Block in suis praefati monasterii chronicis: „Quum vero procurator ordinatus esset ac Marthae officium suscepisset, partem tamen Mariae non deserebat; sed aut studebat aut contemplationi vacabat, si quando a commisso negotio dabatur otium, in prioratu tamen maxime, ut ex multis eius liquet copulatis et opusculis. Libros enim Sententiarum explanavit et epilogavit, Vetus et Novum Testamentum per vocabula sub ordine alphabeti distinxit, Secundam Secundae et librum Quaestionum de malo Doctoris sancti (scil. S. Thomae de Aquino) omissis argumentis luculento sermone excerpsit, varios sermones de sanctis et de tempore conscripsit et composuit cum multis aliis, quae recitare per singula longum esset. Sed prae his omnibus pleni sunt admirationis libelli sive tabulae, in quibus diversa ac varia, prout passim occurrebant, de Scripturis, de viciis, de virtutibus, de sanctorum festis, de propriis passionibus, quasi farraginem quandam confuse ac sine ordine commiscuit.” Cf. *Cornelius Block's Kroniek van het Regulierenklooster te Utrecht*, uitg. door J. G. C. Joosting in *Bijdr. en Meded. v. h. Hist. Gen.*, XVI (1895), p. 68—69. Nulli dubium quin codex noster offerat „librum Quaestionum de malo Doctoris sancti [Thomas Aquinatis]” quem, ut ait Block, „[Petrus Valckendael de Zyl] omissis argumentis luculento sermone descripsit.” — Suffragatur nostrae assertioni etiam hoc, quod cod. 298, licet nullum habeat „ex-libris,” certo oriundus sit e conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; quod ex litterarum ornamentorumque indole, praesertim etiam ex ligaturae facie, cuique insipienti apertum est (cf. notata ad cod. 78).

Ex iis quae dicta sunt liquet cl. Joostingium errare ubi *l. c.*, p. 69 nota 1 et 2, autumat nullum ex Petri de Valckendael operibus inveniri in Bibliotheca Universitatis Rheno-traiectinae. Aliud etiam opus Petri Valckendael de Zyl, quod hac via reperire potuimus, exstat in cod. 354 (*Phaetra Bibliae sive compilatio per vocabula sec. ord. alphabeti*). An vero eiusdem „Libelli sive tabulae [alibi: chartulae] in quibus diversa . . . sine ordine commiscuit” inveniantur in cod. 330, eiusque „Sermones de tempore et de Sanctis” in cod. 365 fol. 4—74a neque affirmare ausim neque negare.

Tegumento tam anteriori quam posteriori glutine erant affixa bina fragmenta instrumenti quo Johannes Passert, prior, Nicolaus Dalingh et Nicolaus Gerardi, fratres monasterii B. Mariae et S. Apostolorum Traiectensis, concordiam ante paucos annos cum Capitulo Windesemensi initam revocant, promittentes ut sibi, dum vivent, fideliter assistent. — S. d., c. 1433. Orig., capite rescisso. In dorso legitur: „Colligatio mei et confratrum meorum;” et haec annotatio, alia manu scripta: „W. Hamer notarius 37.” Instrumenti superficies a membrano avulsa partim adhuc tegumento ligneo adhaeret, neque nisi ope speculi explicari potuit.

## 300

**Tractatus cui titulus: Qualiter homo possit amplius in bono proficere et Deo magis placere (a nonnullis S. Bernardo tributus), fol. 62a—96a.**

Est Fr. JACOBI MEDIOLANENSIS *Stimulus amoris* typis vulgatus a PP. Collegii S. Bonaventurae, Quaracchi 1905. Accedit in fine caput: *Ad compatiendum*. Cf. de hoc codice, *l.c.*, praef. p. XIV.

**(Henricus de Balma), Stimulus amoris, fol. 97a—195, 195\*—214.**

Non videtur Henrici de Balma; cf. quae diximus ad cod. 213.

## 301

Tegumento posteriori agglutinatum est instrumentum quo Jordanus, episcopus Albaniensis, Eemtrude, filiae Theodorici de werken, mulieri Traiectensis dioecesis, auctoritate papae concedit ut sibi idoneum et discretum presbyterum in confessorem eligat. „Datum Rome apud sanctos apostolos VI Kl. Junii pontificatus domini Martini pape V anno septimo“ (1424 Maii 27). — Orig.

## 302

**(Thomas) Vercellensis abbas, Commentarius in Opera Dionysii Areopagitae, fol. 1—73.**

Idem sunt libelli qui exstant in cod. 79 fol. 4—86b.

**Eiusdem Commentarius in Cantica Canticorum (abbreviatus?), fol. 76—192.**

Inc.: *Funiculus triplex difficile rumpitur*. Qui in codice exstat libellus toto coelo distat a Thomae Vercellensis *Commentarium in Cant. Cant.*, quod edidit B. Pez, *Thesaurus anecdotorum novissimus*, II (Ang. Vindel. 1721), Pars I, col. 501—690. Idem libellus absque auctoris nomine videtur inveniri in cod. Brux. 21695, fol. 55a—87b. Cf. Van den Gheyn, *Catalogue*, t. I p. 61, n. 123.

## 305

Tegumento posteriori agglutinatum erat instrumentum quo Gerardus Hase, clericus Coloniensis, procurator domini Theodorici de Molendino, canonici Xantensis, possessionem parochialis ecclesiae in Venna (?), quibusdam conditionibus in hoc instrumento adiectis, adeptus est, dd. 1431 Sept. 17. — Orig., initio et marginibus ab utraque parte rescissis.

## 311

Ad huius codicis fidem praecipuam cl. Karl Grube edidit celeberrimum Johannis Buschii opus *Chronicon Windesemense (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen und angrenzender Gebiete)*, Bd. XIX [Halle, Hendel, 1886] p. 1—375). Memoratur codex noster et summarie describitur, *l.c.*, p. XXXVII, ubi tamen immani errore

asservari dicitur in Bibliotheca Regia Hagana! Codex namque per plura iam saecula nostrae erat Bibliothecae Traiectinae, et iam memoratur in catalogo anno 1608 typis vulgato his verbis (fol. sign. Pp 3 verso): „Regularium Canonicorum viri illustres seu de origine Collegii in Windesseime. Item viridis vallis” (Theol. mss., R in quarto). Error quem vulgavit Grube transiit etiam in A. Polthast, *Bibliotheca hist. medii aevi*, I. 179.

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata sunt instrumenta duo:

1. Raso Doggart, praepositus ecclesiae S. Plechelmi Aldensalensis et canonicus Traiectensis, baronem Johannem dominum de Montfoerde et de Purme-reynde, Bernardum Uten Enge, Gerardum Gothelp, Maioris, Symonem de Oestende, S. Petri, Johannem Hoinderdmark, B. Mariae, Traiectensium ecclesiarum canonicos et Agatham sororis suae filiam testamenti sui executores constituit, dd. 1442 Nov. 24. — Orig.; fine et margine a dextra parte rescissis. Huius instrumenti alterum exemplar exstat in Tabulario publico Traiectensi: *Charters van het archief van den Dom*, 1<sup>e</sup> afl., n. 1328.

2. Gerlacus Buck de Esch, decanus S. Severini Coloniensis ac canonicus Maioris Ecclesiae Traiectensis, Jordanum de Derchusen, perpetuum vicarium ad certum altare situm in praedicta Maiore Ecclesia, procuratorem suum constituit ad petendum et recipiendum quaecumque sibi debentur de servitio panis et cervisiae ac etiam de sparingia et de aliis officiis et serviciis, dd. 1437 Aug. 42 („Vidimus” notarii Winandi Lamberti, petente Bernardo Uten Enge, dd. 1437 Aug. 27). — Orig.; margine a dextra parte rescisso.

### 312

**Petrus de Hosdens (Houdan) cantor Parisiensis, Summa theologiae, fol. 55—115a.**

Est Petri Cantoris *Verbum abbreviatum* (Migne, P.L. 205. 23).

### 313

Singularem hic codex meretur mentionem, ex eo quod ansam praebuerit errori longe lateque atque per saecula iam diffuso. Codex namque noster fol. 94a hanc habet subscriptionem: „Explicit devotus tractatus de spiritualibus ascensionibus scriptus per fratrem martinum de sciedam ordinis carthusiensis prope traiectum.” Haec verba in catalogo Bibliothecae Traiectinae anno 1608 vulgato perperam in hunc modum fuerunt intellecta, quasi fr. Martinus de Sciedam fuerit non istius codicis transcriptor sed ipsius tractatus *De spiritualibus ascensionibus* auctor. Legitur enim in praedicto catalogo (Theol. mss., S. in quarto; fol. sign. Pp 4 recto): „Martini de Sciedam dovotus [sic] tractatus de spiritualibus ascensionibus. In Octav.” Ex hoc in errorem se abduci siverunt plurimi bibliographi: Sweertius, Valerius Andreas, Foppens, Morotius etc., qui Martini nomen inter Scriptores Ordinis Carthusiensis celebre habuerunt, illudque variis epithetis ornatum usque ad bibliographos transmiserunt modernos. Cf. v.g. U. Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen age*, i. v. Martin de Sciedam. — Contra, certissimum est, libellum qui in codice invenitur, genuinum esse foetum GERARDI ZERBOLT SUTPHANIENSIS, Ord. Can. Reg. Windesemensium. Totam rem fuse exposuit

commentariisque illustravit B. Kruitwagen in *Tijdschrift voor boek- en bibliotheekwezen*, VI (1908), fasc. 6.

## 315

**Psalterium Virginis benedictae, fol. 61a—69b.**

Est Chevalier, *R.H.* 13203.

**Miraculum de S. Augustino, fol. 118a.**

Est *B.H.L.* 801.

Huius codicis copiosam descriptionem invenies apud B. Kruitwagen, in *Archivum Franciscanum historicum*, t. I (cf. apud cod. 126), ubi etiam complures lectiones vulgantur variae ex libello *Actus Sociorum S. Francisci*, qui exstat in nostro codice fol. 162a—262b.

## 316

**Alphabetum narrationum patrum antiquorum, fol. 1—89.**

Est STEPHANI BISUNTINI, Ord. Praed.; cf. Quétif-Echard, I. 430a.

**Sermones quaedam, fol. 103b—128b.**

Sunt MICHAELIS DE HUNGARIA *Sermones tredecim*, saepius typis vulgati (cf. Hain 9043—50; Campbell 1244—52). Avulsis foliis libellus desinit mutilus in medio sermone XII.

## 317

**Meditationes, S. Bernardo tributae, fol. 70a—84a.**

Inc.: *Multi multa sciunt*. Licet a verbis iisdem incipiat libellus ac *Meditationes S. Bernardi* quae saepe in nostrisveniuntur codicibus (cf. notata ad cod. 59 fol. 142a—156b), tamen diversae est indolis. Est namque farrago fragmentorum ex dictis Meditationibus, ex pseudo-BERNARDI *Epistola ad fratres de Monte Dei*, etc. collectorum.

**Tractatus de modo praedicandi, fol. 104—105a.**

Inc.: *Ad habendam materiam in thematibus*. Idem tractatus exstat in cod. 181.

## 318

**Tractatus de quatuor virtutibus principalibus, L. Annaeo Senecae tributus. Accedit de quinquepartita consultatione honesti et utilis, fol. 61—88a.**

Libellus duo complectitur:

Fol. 61a—64a: S. ANSELMUS CANTUARIENS. ARCHIEP., *Liber de quatuor virtutibus cardinalibus*, ed. apud Liverani, *Spicilegium Libermanum* (Florentiae, 1863), p.

564 ss. (cf. Vattasso, II. 252 i. v. *Quattuor virtutum species multorum sapientium sententis*).

Fol. 64a—88a: S. HILDEBERTUS, *Moralis philosophia de honesto et utili* (Migne, P.L. 171. 4007).

### **Historia Griseldis, fol. 129—136a.**

Est historiola FRANCISCO PETRARCA interprete saepius vulgata; cf. quae diximus ad cod. 478 fol. 140b—143b.

### **Errores philosophorum contra fidem, fol. 138—145b.**

Libellus iste sola occupat folia 138a—145b, fuitque pluries editus, novissime vero a P. Mandonnet, O. P., *Siger de Brabant et l'Averroïsme latin*, 2<sup>e</sup> partie (= *Les philosophes belges* t. VII), Louvain 1908, p. 3—25. Cf. ibidem pag. XIV—XXX et *Revue néo-scholastique*, XIV (Louvain 1907), p. 533—552. Libelli auctor ignoratur sed videtur fuisse Dominicanus qui vixit inter annos 1260—1274.

Deinde sequitur in codice:

### **Articuli condemnati Parysius, fol. 146a—151b.**

Sunt articuli 219 quos proscripsit Stephanus Tempier, ep. Parisiens. anno 1276 in Dominica „Laetare” (= 7 Martii 1277); iidem partim etiam habentur in cod. 385 fol. 15a—27b. Vulgati sunt una cum Stephani epistola (quae in codice exstat fol. 151a—151b) apud Denifle-Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, I (Paris 1889), p. 543—555, et ordine systematico ap. Mandonnet, *Siger de Brabant* (cf. supra), p. 175—191, et saepius alibi. Ordo propositionum in nostro codice variat ab editis, de quo plura vide ap. Denifle-Chatelain, *l.c.*, p. 557.

### **Compendium de epidemia per Collegium Facultatis medicorum Parisiis ordinatum, fol. 152—160.**

Editum fuit ab E. Rebouis, *Etude historique et critique sur la peste* (Paris 1888), p. 70 ss. Cf. Denifle-Chatelain, *Chartularium*, II (Paris 1891), p. 623.

## **322**

### **Commentarius in Pauli Epistolas.**

Typis vulgatus est inter HAYMONIS Halberstadensis episc. opera (Migne, P.L. 117. 361—938). Forte non est Haymonis, sed REMIGII ANTISSIODORENSIS, cf. Denifle, *Quellenbelege*, S. 48 f.

## **323**

### **Commentarius in Regulam S. Augustini, fol. 1—15a**

Est HUGONIS DE S. VICTORE *Expositio in Regulam S. Augustini* (Migne, P.L. 176. 881).

### **Meditationes, S. Bernardo tributae, fol. 16—23.**

Cf. notata ad cod. 59 fol. 142a—156b.

**(Henricus de Hassia), Commentarius in praecepta dominica, fol. 24—63a.**

Non est Henrici de Hassia, sed HENRICI DE VRIMARIA, cf. Trithemius, *De scriptoribus ecclesiasticis* (Coloniae 1546), p. 241 et Roth, *a. a. O.*, S. 20.

## 324

**Tractatus metaphysicus de ente, cet., fol. 58—68.**

Sunt ANTONII ANDREAE, O. F. M., *Quaestiones in duodecim libros Metaphysicae*. De hoc autore cf. Wadding-Slaralea-Nardecchia, *Scriptores ordinis minorum* (Romae 1908), II, p. 71.

## 325

Tegumento anteriori agglutinatum fuit instrumentum belgice scriptum:

Schout en schepenen van Utrecht geven op verzoek van Gherijt Cesar vidimus van een oorkonde (dd. 1417 des Woensdaghes na Sinte Thomaesdach), waarbij deken en kapittel van Oud-Munster hem in erfpacht geven twee huizen en hofsteden gelegen in den Regenboog, dd. 1417 des Woensdaghes na Sinte Thomaesdach (Dec. 22). Orig., marginibus rescissis.

## 326

**Expositio in librum Job sec. literalem sensum, fol. 1—130.**

Est S. THOMAE AQUINATIS. Inc.: *Sicut in rebus quae naturaliter generantur*. Cf. Quéatif-Echard, I. 323.

## 327

**Psalterium B. Virginis Mariae, fol. 121—144.**

Saepius typis expressum est, alio tamen cum prologo, inter S. Bonaventurae opera spuria, sub titulo: *Psalterium maius B.M.V.*

## 328

**Expositio in Epistolas Pauli, fol. 1—160.**

Sunt postillae Dominicales, praesertim super Epistolas S. Pauli. Incipit sermo II(?) pro Dom. I. Adv.: *Scientes quia hora est*.

**Contenta tractatum Magistri(?) , fol. 161—212.**

Sunt anonymi cuiusdam proluxa commentaria super poema *Poeniteas cito*, quod exstat inter PETRI BLESENSIS opera (Migne, *P.L.* 207. 1153). Fol. 164a de hoc opusculo *Poeniteas cito* scribitur: „Causa efficiens secundum quosdam dicitur fuisse Johannes de Garlandia; secundum alios vero quidam monachus Carthusiensis. Sed de isto non est curandum....” — Alibi vero in simili commentario ad libellum *Poeniteas cito*, auctor falso vocatur BONAVENTURA. Plura

vide apud *Ratio novae collectionis operum omnium S. Bonaventurae* (ed. Fidelis a Fanna), Taurini 1874, p. 270—1 et *S. Bonaventurae opp. omn.*, X, p. 27, n. 74.

## 329

**Expositio Hymnorum XXVII.**

Est *Enarratio Hymnorum praesertim veterum*, auctore DIONYSIO CARTHUSIENSI. Quod recte iam anno 1870 suspicatus est cl. W. Moll in *Studiën en Bijdragen*, I (Amsterdam 1870), p. 352 nota 3.

## 330

**Excerpta varia argumenti theologici.**

Est proprie dictum *Rapiarium* in quo medii aevi monachi congesserunt omnia quaecumque sibi utilia fore putabant, tam ascetica quam theologica. Conflatur noster codex ex innumeris huiusmodi fragmentis. De *Rapiariis* vide Acqnoy, *Windesheim*, I. 163. — An liber olim fuerit PETRI VALCKENDAEL DE ZYL definire non audemus; cf. quae scripsimus ad cod. 298.

## 331

**S. Eusebius (Cremonensis), De obitu S. Hieronymi (Sequuntur adhortationes ad virtutes), fol. 13b—35b.**

Totus libellus excerptus est ex narratione EUSEBII *De morte Hieronymi*, nempe: cap. XI (med.) — XXXVII; cap. XLVII (fin.) — L (fin.). Cf. *S. Hieronymi opera*, ed. Vallarsius, XI (Veronae 1742), p. 292—310, 316—318.

## 332

**Formula novitiorum (a nonnullis S. Bonaventurae tributa), fol. 1—16a.**

Est DAVIDIS AB AUGUSTA, Lib. I, pars II (= cap. 27—41).

**Meditationes, S. Bernardo tributae, fol. 149—179.**

Vide quae notavimus ad cod. 59 fol. 142a—156b.

**Tractatus de modo vivendi in religione, S. Bernardo tributus, fol. 180—198.**

Est, ut Tiele iam iusto iure insinuavit, DAVIDIS AB AUGUSTA, Lib. I, pars I (= cap. 1—26).



**Meditatio super salutationem angelicam, fol. 198—205a.**

Aliquando fuit edita sub nomine S. BONAVENTURAE; cf. notam ad cod. 173 fol. 44—45a.

**S. Basilius, Tractatus de laude vita solitariae, fol. 208b—215a.**

Est cap. XIX ex opere PETRI DAMIANI quod dicitur *Dominus vobiscum* (Migne, P.L. 145. 246—51). Cf. notam ad cod. 112 fol. 101—103.

**Speculum peccatorum, S. Gregorio magno tributum, fol. 215a—226a.**

Non est Gregorii. Typis vulgatum exstat inter opera S. AUGUSTINI, sed est fortasse RICHARDI ROLLE DE HAMPOLE. Cf. notata ad cod. 166 fol. 140b—146a.

Tegumento agglutinatum erat instrumentum quo quidam dominus procuratores constituit. Orig.; capite et margine a dextra parte rescissis. Ex instrumenti laesione datum et nomina domini constituentis et procuratorum disparuerunt. In fine inveniuntur sigillum delineatum et subscriptio notarii Johannis de Noerde, clerici Traiectensis. Inter testes nominantur „[testibus] magistro Gregorio Tam, Canonico ecclesie S. Lebnini Daventriensis, et Johanno Ruich clerico.”

## 333

**Glossa decem praeceptorum.**

Est HENRICI DE VRIMARIA *Tractatus de decem praeceptis*. Exstat etiam in cod. 323.

In codicis fine legitur quae sequitur subscriptio manu saec. XVII incuntis: „Anno XVc. XVII<sup>o</sup> in profesto Epiphaniae V Januarij ex tumba Sancti frederici Episcopi et martyris in cripta S. Salvatoris traiectensis ad usum Illustrissimi principis frederici ducis saxonie Ro. Imp. Electoris extracta est superior pars dextri brachii ab humero usque ad lacertum. Egregia vero costa sive pars est tali principi etiam maiori praesentanda etc. Subscr. Lochorst.”

## 336

**Interpretationes Hebraicarum dictionum Bibliae.**

Exstat libellus inter S. BEDAE *Opera*, ed. Coloniae 1688, III. 371—480.

## 337

**Lectura super Apocalipsum.**

Est HUGONIS A S. CARO, O. P. Vide eiusdem *Opera in V. et N. Test.*, t. VII (Colon. 1621), fol. 363b—429b.

## 338

**Libellus de laudibus B. Mariae Virginis ex dictis SS. Patrum compilatus, fol. 1—95.**

Idem libellus exstat in cod. 367 sub nomine PETRI DAMASCENI, et anonymus absque prologo in cod. 291. Auctor est VINCENTIUS BELLOVACENSIS, Ord. Praed.,

testibus Quétif-Echard, I. 236—8, contra Petrum Alva y Astorga *Radii solis* . . . *pro immaculatae conceptionis mysterio*, Lovanii 1666, col. 1399—1403. Ab utraque parte in litem adducitur noster codex 367, qui Petrum Damascenum auctorem nominal.

**Passio Christi moralis, fol. 96—182.**

Libellus similitudinem habet cum JORDANI DE QUEDLINBURG opusculo: *Articuli LXV passionis Domini*, quod exstat in cod. 240 fol. 1—71a. Hinc inde tamen utriusque codicis recensiones non parum discrepant.

Codex oriundus est ex monasterio Canoniorum Regularium Traiectensi; legitur enim fol. 182a: „Pertinet regularibus in traiceto.”

## 339

**Speculum animae peccatricis, fol. 28b—55.**

Est JACOBI DE GRUYTRODE *Speculum secularium*. Falso editum olim fuit sub Dionysii Cartusiani nomine; cf. notata ad cod. 236 fol. 57b—81a.

## 340

**Liber de consolatione humanae vitae, scriptus a quodam fratre Carthusiensi domus Novae Lucis prope Traiectum, fol. 1—75.**

Iste frater Carthusiensis videtur solummodo fuisse amanuensis qui hunc codicem transscripsit. Libellus hic, qui etiam invenitur in cod. 204, quique ibidem titulum praefert *De consolatione theologiae*, est compendium operis JOANNIS DE TAMBACO, *De consolatione theologiae*. Cf. quae scripsimus ad cod. 204 fol. 1—41.

## 342

**Libri III de septem donis Spiritus Sancti, fol. 1—126b.**

Saepius vulgatum fuit opusculum inter opera s. BONAVENTURAE. Non est tamen eius, sed RODULPHI DE BIBRACO (Biberach), qui vixit circa annum 1360. Cf. *S. Bonaventurae opp. omnia*, X (Quaracchi, 1902), p. 41.

## 343

**Liber de triplici via veniendi ad vitam speculativam.**

Est celeberrimus tractatus *De mystica theologia*, qui saepius typis fuit vulgatus sub nomine s. BONAVENTURAE et inter opera Dionysii Cartusiani sub nomine HENRICI [alibi: HUGONIS] DE BALMA, O. Carth. Quis sit auctor adhuc dubitant; videtur fuisse monachus Carthusiensis saeculi XIII. Cf. *S. Bonaventurae opp. omnia*, t. X (Quaracchi, 1902), p. 24.

## 346

**Liber incipiens: „Utrum tota theologia traxerit suam totam scientiam a Deo” (imprimis de sacramentis), fol. 1—90.**

Sunt Anonymi *Quaestiones in IV librum Sententiarum*.

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata fuerunt bina fragmenta instrumenti quo Johannes episcopus Vasionensis, a sede apostolica institutus iudex (cuius institutionis bulla ipsi instrumento inserta est) causam de redditibus parochialis ecclesiae in Diemen adiudicat (?) Johanni Pavonis clerico Cameracensi dd. 1477 April 10, ex inserta bulla ad eundem, dd. 1476 Quarto Nonas Julii (Orig.).

## 347

**Marionale secundum alphabetum.**

Est IACOBI DE VORAGINE, pluriesque fuit typis editum sub titulo „Mariale.”

## 348

**Meditationum de vita Jesu Christi liber IV, V.**

Est UBERTINI DE CASALE *Arbor vitae cruciferae Iesu* liber IV et V, quod a Tiele addubitatum fuisse miramur. Cf. ea quae notavit Tiele ad cod. 310, ubi tamen pro „N° 346” legas „N° 348”.

## 349

**Moralitates ordinatae sec. ord. alphabeti, fol. 1—49.**

Inc.: *Abicit mundus pauperes et honorat divites.* — J. F. Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana* (Ingolstadii 1768), p. 734 s. inter „Scriptores” Ord. Erem. S. Augustini memorat FRIDERICUM DE RATISBONA eumque perperam insinuat esse auctorem opusculi: *Moralizationes ex naturis animalium et aliis rebus*, cuius initium est: *Abicit mundus pauperes et honorat potentes.* Testem namque adhibet codicem in cuius fine habetur: „Expliciunt naturalia [moralia?] animalium et avium per manus Frederici Fratris Heremitarum S. Augustini Ratisbonensis . . .” Sed ex verbis „per manus” manifestum est Fridericum Ratisbonensem non esse auctorem operis, sed codicis solummodo amanuensem.

**Tractatus moralis de oculo, fol. 50—92.**

Diversis auctoribus hoc opusculum tribuitur: ROBERTO GRÖSTETE EP. LINCOLNIENSI, JOANNI GUALLENSI, JOANNI PECKHAM et PETRO LEMOVICENSI. Videtur iusto iure adscribi Petro Lemovicensi. Cf. *National biography*, LIX. 20 i. v. Wallensis; A. Little, *The Grey Friars in Oxford* (Oxford 1892), p. 151; B. Hauréau, *Notices et Extraits*, VI. 134.

## 351

In ultimo folio *Manipuli curatorum* leguntur hae annotationes:

„MCCCC. 84 anno a nativitate domini 2° symonis [et] Jacobi suscepti gradum promotionis licentiatu in artibus anno scilicet nativitatis mee 19 in profesto palmarum hora 10<sup>a</sup>. — a° 1487 corrente suscepti gradum licentiatu in artibus lovani et eodem anno similiter suscepti birretum lovani cum magistro adriano ram canonico traiecentensi in sancto martino. — Item anno 1493 corrente suscepti gradum doctoratus in medicina bononie die 29 mensis martii . . .”

**(S. Bonaventura), Pharetra, continens auctoritates et dicta sanctorum doctorum et aliorum philosophorum et poetarum (in ord. alphabeti).**

Non est Bonaventurae, sed auctoris anonymi saec. XIII. Cf. *S. Bonaventurae opp. omn.*, VIII, p. CXV n. 11.

**Pharetra Bibliae sive compilatio per vocabula sec. ord. alphabeti.**

Opus anonymum sine dubio est PETRI VALCKENDAEL DE ZYL, prioris monasterii Canonicorum Regularium Traiectensis, qui teste Cornelio Block „Vetus et Novum Testamentum per vocabula sub ordine alphabeti distinxit.” Huic nostrae assertioni fulcimentum praestat, quod codex oriundus est e conventu Canonicorum Regularium Traiectensi; videsis apud Tiele.

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata erant duo instrumenta:

1. Generale Capitulum Windesemense, congregatum in monasterio fratrum Canonicorum Regularium de Korssendonck Cameracensis dioecesis, Heynricum Obrechts in Bethleem prope Lovanium ac Heynricum Rumelans in Throno prope Herenthals priores, ac Egidium Boetseroel iuxta muros Nucienses, Ysebrandum praepositum monasterii B. Mariae prope Dotichem, Caesarium Coninc B. Martini in Ludenkerck priores, necnon Petrum Eldren in Nucia ac Everardum Zwaen in Nemore B. Mariae prope Northorn professos, Jacobum Clant, Rutgherum de Holt, Gerardum Plees et Dyonisium Scabroeck causarum procuratores clericos Coloniensis et Traiectensis dioecesium, procuratores constituit in concilium Basileense in causa sua contra Johannem Passert de restitutione nonnullorum bonorum, ab eodem e conventu B. Mariae et SS. Apostolorum Traiectensi deportatorum. S. d. [1438]. Orig.; capite rescisso. De dato, quod ex instrumenti laesione disparuit, cf. Acquoy, *Windesheim*, II. 120.

2. Johannes Passert prior, Theodoricus Loubbe, Nicolaus Dalingh et Nicolaus Gerardi fratres, „maior et sanior pars” conventus B. Mariae et SS. Apostolorum Traiectensis, notum faciunt quod res monasterii, anno 1426 e manibus spoliatorum extra civitatem Traiectensem elatas, nondum reportare volunt, ordinationem de fructibus et redditibus monasterii sui levandis ad tempus faciunt et Johannem Passert procuratorem suum in Concilium Basileense delegant in causa sua contra Rudolphum de Diepholt super restitutione bonorum sibi ablatorum et super satisfactione de sibi illatis iniuriis. Datum in oppido Dordracensi 1432 Julii 15. Orig.; margine a dextra parte rescisso. In dorso legitur: „Concordia maioris partis conventus.....” et alia manu: „W. Hamer notarius 29.”

**Postilla Universitatis Pragensis in Evangelia dominicalia.**

Complectitur postillas in Evangelia de Tempore a Dominica I Adventus usque ad Vigiliam Paschae. Altera huius operis pars in Evangelia dominicalia, a Paschate usque ad Dom. XXIV post Trinitatem, invenitur in codice 373 fol. 6—146. In

codice nostro 355 nomen auctoris nullibi invenitur, sed in cod. 373 legitur fol. 195b: „Item postille conradi pragensis super evangelia dominicalia a pascha usque ad dominicam [adde: 24<sup>am</sup>] post octavam penthecostes.” Asseritur itaque CONRADUS PRAGENSIS harum postillarum auctor. Porro ex iis quae tradit Nicolaus Staphorst, *Historia ecclesiae Hamburgensis diplomatica*, Cap. II, Siebente Beilage (I Theil, 3 Bd.), Hamburg 1727, inter *Urkunden und Nachrichten von St. Petri Kirche*, pag. 272 et 284, collatis iis quae de alio codice memorat *l.c.*, pag. 380, autumari posse videtur Conradum Pragensem eundem esse cum CONRADO SOLTOWE episcopo Verdensi, licet a modernis adhuc bibliographis tanquam duae personae distinctae memorentur. Notandum etiam est codicem nostrum 355 quod ad prologum attinet ad amussim consentire cum iis quae narrat Staphorst *l.c.*, p. 380; auctor namque in prologo loquitur in 1 persona.

## 356

**Postillationes Evangeliorum dominicalium ferialium et quorundam festivalium ex diversorum doctorum scriptis compilatae.**

Incipit prologus: *Ignorancie proprie subvenire cupiens*. Auctor in prologo (fol. 1) insinuat se esse Ordinis Fratrum Minorum et testatur postillas suas se hausisse ex operibus Bertrandi ordinis Minorum, Nicolai de Lyra, Alexandri Ord. Min., Nicolai Ord. Praed., ex libro Sententiarum, operibus S. Thomae etc. In epilogo (fol. 433a) legitur: „Et in hoc finiuntur postille evangeliorum dominicalium et quorundam ferialium et festivalium ex diversorum doctorum scriptis exserpte (sic) De postillis fratris Johannis de sancto laurentio de ordine fratrum minorum De quo ipse deus gloriosus sit benedictus cui laus et gloria in secula seculorum Amen.” Postillae Johannis de S. Laurentio, de quibus hic est sermo, saepius typis fuerunt expressae; cf. i. a. Campbell n. 1041. Postillationes tamen quae in nostro exstant codice vix cum illis videntur connexae. Vide tamen quae narrat L. Waddingus, *Scriptores Ordinis Minorum* (ed. Nardecchia, Romae 1908), p. 144 i. v. Joannes de S. Laurentio.

## 357

**Hugo de Sancto Victore, Speculum ecclesiae, fol. 144b—151b.**

Non est Hugonis de Sancto Victore, sed HUGONIS DE S. CARO, O. P. († 1263). Typis saepius vulgatus est libellus; cf. A. Franz, *Die Messe im deutschen Mittelalter* (Freiburg 1902), S. 474 f.

**Henricus Kalteysen Mag. S. Palatii, Responsum ad articulos per Joannem episc. Leodiensem sibi transmissos, cet. (de indulgentiis), fol. 168b—175a.**

Libellum diu quaesitum partim edidit ex alio codice et fuse suis commentis adornavit N. Paulus in *Zeitschrift für Katholische Theologie*, xxvii (Innsbrück 1903), S. 368—72.

**Sermo de horis canonicis, fol. 182a—185b.**

Inc.: *Species in die laudem dixi tibi. Quamvis Deus*. Cf. quae scripsimus ad cod. 133 fol. 118a—125a.

## 358

**Tractatus de contemplatione qui dicitur Turris Israel, fol. 46—55.**

Est tractatus de theologia mystica. Initio (fol. 46a—47a) exstat prologus *Soliloquii de IV mentalibus exercitiis* S. BONAVENTURAE; sequuntur fol. 47b—49a quaedam orationes et tandem fol. 49b—55 tractatus: *De curru Israel*. Inc.: *Accedamus ergo et contemplemur*.

**Eiusdem [Gersonis] Epistola ad quasdam moniales, fol. 114b—117a.****Eiusdem Sermo ad reclusas, fol. 117—125a.**

Neutra epistola videtur Gersonis. Prior enim superscriptum habet (fol. 114a): „notabilis epistola cuiusdam [non: eiusdem] doctoris” etc. Posterioris autem lemma est (fol. 117b): „Sermo seu epistola eiusdem magistri ad reclusas....” Neutram etiam inter Gersonis opera hucusque invenire potuimus.

**S. Bonaventura, Meditatio seu liber de triplici via qui dicitur Parvum bonum, fol. 125b—138a.**

Verus huius libelli titulus est *De triplici via* seu *Incendium amoris*. Typis vulgatus exstat in *S. Bonaventurae Opp. omn.*, VIII (Quaracchi 1898), p. 1—18.

**Albertus Magnus, Tractatus de fine religiosae perfectionis et de modo fruendi Deo in praesenti vita, fol. 139a—154b.**

Saepissime vulgatus est libellus sub titulo: *De adhaerendo Deo*.

## 360

**Regula S. Augustini cum expositionibus.**

Fol. 1—7a: *Regula S. Augustini*. Inc.: *Haec sunt quae ut observetis precipimus*. Idem libellus in cod. 112 exstat; cf. quae ibi notavimus.

Fol. 7a—49: HUGO DE S. VICTORE, *Expositio in Regulam Beati Augustini* (Migne, P.L. 176. 811).

Codex verosimiliter oriundus est ex monasterio apud Steiga (prope Schlettstadt), ut apparet ex instrumento, tegumento anteriori agglutinato, quo Waltherus de Geroltsecke bona quaedam testamento legat monasterio [Canonicorum Regularium?] apud Steiga et i. a. „collegio maioris ecclesie” [Argentinensi?]. — Orig.; fine et marginibus rescissis. Ex laesione instrumenti, quod manu saec. XIV ineuntis exaratum datum disparuit.

## 361

**Regulae monasticae, fol. 2—101a.**

Exhibentur hi tractatus:

Fol. 2—32b: *Regula S. Benedicti*, cum prologo (Migne, P.L. 66. 215, 245).

Fol. 32b—36b: *Regula SS. Serapionis*, etc. (Migne, P.L. 103. 435).

Fol. 37a—99b: *Regula S. Basilii* (Migne, *P.L.* **103.** 485).

Fol. 100a—101a: *Consensoria monachorum* (Migne, *P.L.* **66.** 993; cf. **42.** 1447).

**S. Bernardus, Tractatus de XII gradibus humilitatis, fol. 102—124a.**

Errore ligatoris huius libelli folia interrupta serie in codice vagantur. Disponenda sunt hoc ordine: 120a—b; 272a—277b; 103a—124a.

**Eiusdem [S. Bernardi], Tractatus de Psalmo XXVIII ad novitios, fol. 151b—169a.**

Non est Bernardi, sed RICHARDI DE S. VICTORE *Adnotatio in Psalmum XXVIII*, V. 1—9 (deest finis). Migne, *P.L.* **196.** 285—308.

**Eiusdem [S. Bernardi] Epistola ad fratres de monte Dei, fol. 169b—205b.**

Non est S. Bernardi, sed vel GUIGONIS vel GUILIELMI A S. THEODORICO; cf. notam ad cod. 162 fol. 1a—58a.

**Meditationes S. Bernardo tributae, fol. 205b—223a.**

Vide quae diximus ad cod. 59 fol. 142a—156b.

**Vita S. Bernardi, fol. 223b—255a.**

Inc.: *Primo tempore adventus eius ad claram vallem contigit iosbertum quandam nobilem virum.* Des. ut *B.H.L.* 1209.

**S. Augustinus, Liber unde malum, fol. 256a—269b.**

Est S. Augustini *De libero arbitrio*, liber I.

**Vita S. Antonii, fol. 271—306b.**

Notandum est ex hoc libello excidere folia 272a—277b. Pars enim sunt tractatus S. Bernardi; cf. supra ad fol. 102a—124a.

**De monacho et concaptiva ei et spiritualiter iuncta, fol. 311b—316a.**

Est *Vita Malchi*, monachi captivi, auctore HERONYMO (= *B.H.L.* 5190).

**Sermones de B. Virgine Maria, fol. 336a—341b.**

Sunt lectiones per annum pro officio B. M. V. in Sabbatho.

**Sermones dominicales ab adventu usque ad quadragesimam, fol. 1—119.**

Sunt FRANCISCI DE MAYRONIS, O. F. M., *Sermones de tempore* (ab Adventu usque ad Quadragesimam) quos typis vide excusos apud Campbell n. 1215.

## 365

**Sermones in diebus festivis, fol. 1—74a.**

Lege: *Sermones nonnulli hiemales tam de tempore quam de Sanctis*. Solus hic codex est ex conventu canonicorum Regularium Traiectensi oriundus, qui habet sermones anonymos. An sint PETRI VALCKENDAEL DE ZYL, diiudicare non potuimus. Cf. quae scripsimus ad cod. 298.

## 366

Qui foliis 1—38 et 39—83 exarati sunt duo libelli, ligatoris errore confuso ordine in codice exstant. Plagularum ordo autem hic esse debet:

Fol. 1—8 et 17—38: *Sermones de S. Virgine Maria*.

Fol. 39—83 et 9—16: *Speculum B. Mariae Virginis* (S. Bonaventurae vulgo tributum). — Porro hoc *Speculum B.M.V.* non est S. Bonaventurae sed FR. CONRADI DE SAXONIA O. F. M., quod iam supra monuimus ad cod. 172.

**Vita S. Nicolai. Acc. Miracula tempore translationis ab eo operata, fol. 84—100.**

Conflata est ex variis libellis hoc ordine: Prologus est ex *Legenda aurea* JACOBI DE VORAGINE, Cap. 3. Sequitur dein *Vita* (= B.H.L. 6137), ed. in *Anat. Boll.*, II (1883), p. 143—151 et tandem *Translatio* (= B.H.L. 6187) cum *Narratione miraculorum* (= B.H.L. 6188).

## 367

**Petrus Damascenus, Marionale, sive liber de laudibus ac festis B. Virginis Mariae, fol. 104—298.**

Est VINCENTII BELLOVAGENSIS opusculum *De laudibus B.M.V.* Idem libellus habetur in codd. 291 et 338; cf. quae de hoc codice 367 scripsimus ad cod. 338.

## 368

**Illuminatorium salutaris scientiae, in ll. II divisus, fol. 61—225a.**

Est DIONYSII CARTHUSIANI *Summa de vitiis et virtutibus seu Illuminatorium salutaris scientiae*.

**S. Cyrillus, Quadripertitus Apologeticus, in quo claret speculum omnis sapientiae, fol. 229—279b.**

Saepius typis vulgatus fuit libellus inscriptus *Speculum sapientiae* (cf. Hain n. 5903—06). Lingua medii aevi Neerlandica prodiit sub titulo *Cyrrillus Parabolon* (Delft 1481); cf. Campbell n. 522 et etiam L. Petit, *Bibliographie der Mnl. Taalen Letterk.* (Leiden 1888), n. 968.

**Dialogus inter hominem et rationem, fol. 297a—299b.**

Huius tractatuli incisa fere omnia hic illic verbotenus inveniuntur in ISIDORI HISPALENSIS *Synonyma*, lib. I (Migne, P.L. 83. 827).



**Soliloquium Jesu, fol. 1b—5a.**

Est ECKBERTI *Soliloquium* (Migne, *P.L.* 195. 105—114); idem libellus exstat inter *Meditationes* S. Anselmi, cap. XIII (Migne, *P.L.* 158. 773—9).

**(Henr. Suso), Centum Meditationes sive Articuli passionis Jesu Christi, fol. 5a—12a.**

Hi centum articuli non sunt ipsius Susonis, sed ab alio quopiam extracti sunt ex eiusdem *Horologium aeternae Sapientiae*. Ex lingua medii aevi germanica translati sunt in latinam per quendam fratrem conventus Viridivallis (Groenedael) prope Bruxellam, cuius noster codex hic (fol. 5a—b) praebet prologum. Quoad huius translationis auctorem cf. Quéatif-Echard, I. 658 et Van den Gheyn, *Catal. Brux.*, II, p. 174 (n. 1144 sub 6).

Codex noster apud Tiele per partes optime describitur. Animadvertendum tamen est omnes istas partes — exceptis ni fallor fol. 1b-5a — unum constituere libellum. Est liber devotionalis conflatas, ut videtur, a quodam NICOLAO TSGRAVENZAND, in conventu Traiectensi Novae Lucis monacho Carthusiensi. Methodus qua liber adhibendus est indicatur fol. 1a, ubi haec minio exarata sunt:

„Item nota. Hic incipit devocionale novum sive exercitium devote frequentandum. Videlicet singulis diebus Eaque singularibus oracionibus infrascriptis Unde qui vult gaudere consolatione protectione gratia atque devocione dicat primum oracionem de ihesu ante prandium Item post prandium oracionem de domina. Item post vespas martirologium in oratorium (sic) vel post missas in ecclesia qui non habet librum Et tunc oracionem domini post prandium. Item post vespas oracionem de domina quod nota.

Haec Tsgravenzand.”

Huius methodo devotionis quotidianae respondent ea quae per codicem sparsa inveniuntur. Fol. 5a—34a et 147b—207a habentur „Orationes de Ihesu” ante prandium qualibet die dicendae, distributae per 52 anni hebdomadas. *Centum articuli* supra memorati (fol. 5a—12a) assignantur dicendae in Dominica prima et per ferias sequentes; et *Septem horulae operum divinorum septemplex* (fol. 177—207), quae apud Tiele describuntur, dicendae praescribuntur inde a Dominica 44<sup>a</sup> usque ad Sabbatum post Dominicam 52<sup>am</sup>. *Orationes de vita Iesu Christi* quae exaratae sunt fol. 12a—34a et fol. 147b—176b distribuendae sunt per hebdomadas 2<sup>am</sup> usque ad 43<sup>am</sup>. Eodem omnino modo *Orationes metricae ad B. M. V.* (fol. 34a—147b) distribuendae indicantur per 52 hebdomadas. Haec igitur sunt quae Tsgravenzandii methodus secundo loco indicat, sc. ut post prandium oratio dicatur de Domina. Lectiones Martyrologii quae tertio loco a Tsgravenzandio praescribuntur quotidie habendae, in nostro codice non exhibentur sed alibi monentur quaerendae. Dicitur namque fol. 206a: „Sequitur martirologium 3<sup>o</sup> loco dietim cum praedictis frequentandum cuius copia habetur in ecclesia igitur ibidem secundum ferias frequenta, vel post confessionem, vel post recordationem, aut post missas privatas. quod nota, quia tunc melius patitur tempus. fiat fiat. Amen.” Quoniam ex his orationibus sive prosaicis sive metricis, quae per totum codicem inveniuntur dispersae, ab ipso Tsgravenzandio fuerint compositae, quae vero per ipsum ex aliis operibus fuerint

transumptae, difficile est definire. Certum est eum ex aliis operibus nonnulla verbotenus hausisse, ut v. g. *Centum articulos* (fol. 5a), *Sermonem* II S. Bernardi Super *Cant. Cantic.* (fol. 12a) etc. Alia tamen non pauca, praesertim orationes metricas, ab eodem Tsgravenzandio fuisse composita, iure aestimaveris. Quod et forte insinuat nostri codicis subscriptio quae exstat fol. 206a: „Completo et incepto per Tsgravenzand professum conventualem domus huius nove lucis ordinis cartusiensis. Amen,” et haec alia verba „Haec Tsgravenzand” quae habentur fol. 1a post expositam methodum qua hic liber devotionalis adhibendus est.

De fratre Tsgravenzand nil aliud de cetero notum esse videtur quam quod „Nicolaus” cognomen habebat et quod quondam vicarius fuit alicuius domus Carthusiensium. Memoratur enim in *Necrologio conventus Carthusiensium* ad Nonas Decembris (5 Dec.): „Obiit dominus Nicolaus de sGravensande, monachus professus huius domus”; et iterum alibi inter nomina monachorum etc. qui in coemeterio praedicti conventus fuerunt sepulti: „Item dominus Nicolaus de tsGravensande, monachus professus huius domus, alias vicarius.” Cf. *Necrologium*, ed. Mr. L. van Hasselt in *Bijdr. en Med. v. h. Hist. Gen.*, IX (1886), p. 345 et 356. Fueritne ipse Tsgravenzandius nostri codicis scriptor definire non ausim; temere id asserit Meinsma (p. 157, n. 13). — Haec omnia calamo solito fusiore describenda rati sumus, quum pauci admodum supersint ex libellis quos Carthusiani monachi Traiectenses proprio ingenio ediderunt.

## 370

**Speculum Mariae s. sermones et preces ad B. Virginem.**

Insunt codici libelli tres:

Fol. 1a—68a. Sermones XXII de B. Maria Virgine. Sunt CAESARI HEISTERBACENSIS. Cf. C. de Visch, *Bibliotheca scriptorum s. Ordinis Cisterciensis* (Coloniae 1656), p. 58, n. XII.

Fol. 68a—145b: *Speculum B. M. V.* Auctor est FR. CONRADUS DE SAXONIA; cf. ed. Quaracchi 1904.

Fol. 146a—161b: *Tabula rerum praecipuarum totius Bibliae*. Inc.: *Aaron consecratio Exodi 3°*.

## 371—372

**Statuta sive Consuetudines ordinis Carthusiensis.**

Utrique codici insunt statuta antiqua anno 1271 (cod. 372: an. 1266) et nova anno 1368 promulgata. Nova statuta in cod. 371 exstant fol. 169b—210a; in cod. 372 fol. 140b—173a.

## 373

**Postilla Pragensis in Evangelia dominicalia, fol. 6—71, 79—144, 144\*—146.**

Complectitur evangelia a Paschate usque ad Dom. XXIV post Trinitatem (seu octavam Penthecostes). Fol. 195b legitur inscriptio quae iam data est ad cod. 355,

ex qua erit auctor Postillae Pragense esse CONRADUM PRAGENSEM sive SOLTU[U]WE, ep. Verdensem. Cf. quae diximus ad cod. 355.

Nomen amanuensis quod exstat fol. 71b, quodque Tiele „Theodorum Rimyysche(?)” interpretatus est, corrige Theodericum Ruuyssche. Quod scite confirmatur ex *Neurologia Carthusiensium* (ed. L. v. Hasselt in *Bijdr. en Med. van het Hist. Gen.*, IX, 1886) ubi p. 354 habetur nomen: Theodericus Ruuychs, alibi Ruusch; cf. *l.c.*, p. 354, nota 2.

### **Sermo de septem horis canonicis (a nonnullis S. Bernardo tributus), fol. 75—77b.**

Inc.: *Sepcies in die laudem dixi tibi. Quamvis Deus.* Cf. supra ad cod. 133 fol. 118a—125a. Verba apud Tiele „a nonnullis S. Bernardo tributus” delenda sunt, ut optime ipse monuit pag. 443 inter *Corrigenda*.

### **Tractatus de arte praedicandi, fol. 172—176a.**

Inc.: *Omnis annunciator verbi divini.* Extractum est ex S. BONAVENTURAE libello *Ars concionandi*. Cf. quae scripsimus ad cod. 236 fol. 106—113a.

### **Conflictus virtutum et vitiorum (ex dictis S. Gregorii Papae super Job), 189b—191b.**

Verba „ex dictis . . . super Job” Tiele videtur suo Marte addidisse. Libellum non esse Gregorii sed forte AMBROSII AUTPERTI iam monuimus ad cod. 52 fol. 105—115. In nostro codice tractatus incipit a verbis: *Omnnes qui pie volunt vivere in Christo;* desunt igitur verba „Apostolica vox . . . ne securitate torpeant dicit,” quibus libellus exorditur in editis.

### **S. Isidorus (Hispalensis), Monita contemplativa, fol. 192—194a.**

Inc.: *O homo scito teipsum.* Sunt minutatim excerpta ex ISIDORI HISPAL. *De contemptu mundi* (ed. Colon. 1617, p. 228 col. 2 F). Idem libellus exstat in cod. 173 fol. 128—131.

### **Instrumenta et literae anni 1436 de schismate in ecclesia Ultraiectensi inter Rudolphum de Diepholt et Walravium de Meurs, fol. 218a—230a.**

Typis sunt vulgata apud Dodt, *Archief voor kerkel. en wereldl. Gesch.*, I. 3 (1838), p. 51 ss. (nn. 5, 6, 7, 8, 9, 3, 4). Fol. 224—230 continent Generalis Synodi Basiliensis sententiam contra Johannem Passert, dd. 1436 Martii 10 (Dodt, p. 51—62). In parte exteriori horum foliorum, quae olim in epistolae formam plicata fuerunt, legitur haec inscriptio: „Venerabili viro Magistro rutghero de holt et Magistro Gherardo Plees.” Rutgherus de Holt in Concilio Basiliensi fuit procurator Baldewini, prioris monasterii B. Mariae et SS. Apostolorum Traiectensis (Dodt, p. 62). Hae scedulae fortasse eadem sunt ac litterae patentes, de quibus Cornelius Block in libro suo *De origine domus Regularium in urbe Ultraiectina* narrat

his verbis: „Quapropter Dominus Baldwinus Basileae in concilio personaliter comparens, expensis Capituli pariter et nostris iuridice cum [Johannem Passert] persecutus est, et tandem post multas fatigationes et excommunicationes in eum fulminatas nostram immunitatem cum pace in literis patentibus gaudens reportavit“ (*Bijdr. en Med. v. h. Hist. Gen.*, XVI [1895], p. 56).

## 374

**Summa de vitiis.**

Est celebris *Summa aurea de virtutibus et vitiis* GUILIELMI PERALDI LUGDUNENSIS († c. 1270) pluries edita. Cf. Hurter, *Nomenclator*, II. 302—3.

## 375

**S. Augustinus, Soliloquium, fol. 5—45.**

Est pseudo-AUGUSTINI *Soliloquium* quod typis vulgatum est apud Migne, *P.L.* 40. 568, diversum namque a genuino eiusdem nominis libello. Desinit tractatus in codice nostro fol. 30b. Sequuntur fol. 30b—45b plurimae oratiunculae, quae ex Augustini operibus tam genuinis quam spuris videntur extractae.

**Caesarius Arelatensis episcopus, Sermones ad monachos, fol. 78—94.**

Est collectio decem sermonum qui partim sub CAESARIO ARELATENSIS vulgati sunt nomine, partim vero sub aliorum circumferuntur auctorum nominibus ut CASSIANI, AUGUSTINI, EUSEBII EMISENENSIS etc. Similis huic collectioni est altera, quae habetur in cod. 57 fol. 59—69b. Singulos hic minutatim describere sermones supersedemus, quum notissima sit confusio inter auctorum quos supra laudavimus sermones.

**S. Bernardus, Epistola ad fratres de Monte, fol. 95—125a.**

Non est Bernardi sed vel GUIGONIS vel GUILIELMI DE S. THEODORICO; cf. notam ad cod. 162 fol. 1a—58a.

## 376

**Tractatus de officio missae.**

Est *Officii Missae sacrique canonis expositio* auctore NICOLAO STÖR Lipsiensi professore († 1424), de quo cf. A. Franz, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, Freiburg 1902, S. 527 ff.

## 378

**Hugo (de Sancto Victore), Sermo ad novicios, fol. 130a—155b.**

Est libellus *De statu virtutum* qui exstat inter opera S. Bernardi spuria (Migne, *P.L.* 184. 791). Nec etiam videtur esse Hugonis de S. Victore; cf. B. Hauréau, *Les oeuvres de Hugues de Saint Victor* (Paris 1886), p. 146—8.

**Tractatus de arte moriendi, Joh. Gerson tributus, fol. 1—22.**

In hoc codice (fol. 22b) Gerson nominatim vocatur huius libelli auctor ut legere est apud Tiele; sed non est Gersonis. Quae ad hunc libellum notanda veniunt, iam diximus ad cod. 58 fol. 24—50. Animadvertendum est, ea quae Tiele refert ex fol. 22b: „Incipit prologus tractatus de arte moriendi” etc. non esse nisi tabulam opusculi praecedentis.

**Tractatus de septemplici processu in profectu religiosorum, in II ll. divisus, (a nonnullis S. Bonaventurae tributus), fol. 1—76b.**

Non est S. Bonaventurae, sed DAVIDIS AB AUGUSTA, lib. III, (ed. cit. p. 161—378), et lib. II (p. 63—160).

**Tractatus de laudibus Virginis super Missus est, S. Bernardo tributus, fol. 97a—111.**

Sunt S. Bernardi *Homiliae IV super Missus est* maxime genuinae.

**Tractatus et excerpta argumenti theologici, Orationes, Cantica.**

Quae huic codici insunt excerpta iam fuse enumerat Tiele. Singularem tamen merentur mentionem plurima excerpta ex THOMAE A KEMPIS opusculis quae habentur fol. 101—147, inter quae unum exaratum est opusculum integrum sc. *Libellus de vera compunctione* (fol. 130—139).

**Tractatus, excerpta, cet. ad spirituale exercitium spectantia.**

Codex continet fragmenta innumera ex operibus AMBROSII, BASILII, HUGONIS DE S. VICTORE, BERNARDI, BONAVENTURAE, DAVIDIS AB AUGUSTA O. F. M. (qui hic vocatur „Carthusiensis”), GERLACI PETRI et THOMAE A KEMPIS. Quae omnia iam per summa capita indicat Tiele. Nonnulla tamen inter haec fragmenta inveniuntur opuscula integra vel excerpta notabilia; sunt autem:

Fol. 1a—14b: THOMAS A KEMPIS, *Exercitia spiritualia* (ed. 1607, p. 509).

Fol. 16b—20a: THOMAS A KEMPIS, *De disciplina claustral.*, capp. I et II (fragm.), cap. X (integr.).

Fol. 23a—b: DAVID AB AUGUSTA, lib. I c. 26.

Fol. 27b—30b: ARNULFUS DE BOERIS, *Speculum monachorum* (Migne, P.L. 184. 1175).

Fol. 31a—36b: THOMAS A KEMPIS, ~~*Doctrinale seu manuale iuvenum.*~~

Fol. 36b—42a: Pseudo-BONAVENTURA, *Tractatus de ordinatione vitae*. Inc.: *Quicumque es qui per fidem*. Idem libellus exstat in cod. 57 fol. 49a—51b (cf. Tiele ad h. l.).

*H Brevis ammonitio spiritualis exercitii.*

## 385

**Articuli Parisiis condemnati a° 1265. (N° 1—114), fol. 15a—27b.**

Perperam in codice legitur „1265.“ Sunt enim articuli Parisiis condemnati an. 1276 (1277), de quibus vide supra ad cod. 318 fol. 146a—151b. Enumerantur in codice 114 tantum articuli (art. 114 est in ordine 115 ap. Denifle-Chatelain); caeteri desunt ex codicis defectu. Singulare id habet codex noster, quod singulis articulis subiungitur brevis explanatio.

## 386

**Excerptum „ex Profectibus religiosorum de patientia,” fol. 1a.**

Est DAVIDIS DE AUGUSTA, lib. III, cap. 41 (p. 257—261).

**Tractatus de sacerdotis officio et VII sacramentis, fol. 18a—24b.**

Est THOMAE DE AQUINO. Saepius typis prodiit.

**Formula noviciorum (a nonnullis S. Bonaventurae tributa), fol. 64b—70a.**

Est DAVIDIS AB AUGUSTA, lib. I, pars II (cap. 27—41).

**Petrus Damiani, Epistola ad Blancam Comitissam, fol. 70b—71a.**

Est cap. VI libelli *Institutio monialis* eiusdem PETRI DAMIANI (Migne, *P.L.* 145. 737); cf. quae scripsimus ad cod. 173 fol. 157a—b.

**Hugo de Sancto Victore, Epistola contra timorem inordinatum, fol. 71a—72a.**

Exstat inter Hugonis de S. Victore *Miscellanea*, lib. I, tit. 74 (Migne, *P.L.* 177. 509—510). Eadem epistola invenitur in cod. 57 fol. 78a—b.

**Tractatus de timore et eius diversis speciebus, fol. 162—189.**

Est ALBERTI MAGNI tractatus *De multiplici timore*. Inc.: *Quoniam plus exempla quam verba movent*. Cf. Trithemius, *De script. eccl.* (Colon. 1546), p. 192.

**Nicolaus de Argentina, Tractatus de antichristo et fine mundi, fol. 190—199.**

Est Pars III eiusdem auctoris libelli *De adventu Christi*, quem deperditum autumaverunt Schmidt et Preger, in duobus tamen codicibus invenit H. Denifle. Cf. *Archiv für Literatur- und Kirchengesch. des M. A.*, hrsg. v. H. Denifle O. P. und F. Ehrle S. J., IV (Freiburg 1888), S. 312—329; cf. S. 322.

Tegumento olim glutine affixa erat bulla, quae nunc in Civitatis Traiectensis Tabulario exstat: Generalis Synodus Basileensis decanis S. Martini Embricensis et S. Adriani in Naeltwyck ecclesiarum et decano capellae collegiatae B. Mariae in Haga Comitum mandat, ut quibusdam personis qui bona et ornamenta et archivalia

monasterii B. Mariae et SS. Apostolorum Traiectensis occulte detinent, praecipiant ut ea priori Baldwino restituant et ut iidem mandatarii de eis, nisi faciant, excommunicationis poenam sumant. „Datum Basilee 1434 III Non. Oct.” (Oct. 5). Typis vulgata exstat apud Dodt, *Archief voor kerkelijke en wereldsche Geschiedenissen*, I. 3 (1838), p. 50.

## 387

**Speculum sacerdotum (de sacramentis), fol. 65—71b.**

Est HERMANNI DE SCHILDIZ; cf. J. Marx, *Verzeichniss der Handschriftensammlung des Hospitals zu Cues* (Trier 1905), n. 413 sub 1 et 428 sub 7.

**Meditationes, S. Bernardo tributae, fol. 73—85a.**

Vide adnotationem ad cod. 59 fol. 142a—156b.

**S. Bonaventura, (Breviloquium), fol. 86a—109a.**

Est S. Bonaventurae *Soliloquium*, ed. in *S. Bonaventurae opp. omn.*, VIII, p. 28—67.

**Expositiones in lib. Job, fol. 109b—112b, 121—126a.**

Sunt breves expositiones 9 lectionum quae recitantur in Vigiliis seu Officio Defunctorum (Job VII. 16 ss.), et in lectionem ex Ep. S. Pauli: „Fratres si in hac vita tantum” (1 Cor. XV. 49 ss.).

**Modus legendi horas canonicas, fol. 118—120, 129—130.**

Inc.: *Sepcies in die laudem dixi tibi. Rogasti me.* Cf. quae notavimus ad cod. 159 fol. 81a—91a.

**Tractatus incipiens: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, fol. 126b—128a.**

Est B. GUERRICI ABBATIS IGNIACENSIS tractatus *De languore animae amantis*, primo typis excusus apud Beller, *Le Bh. Guerric, disciple de S. Bernard* (Rheims 1890), chap. XIV. Cf. etiam A. Sanderus, *Bibliotheca Belgica manuscripta*, I (Insulis 1644), p. 434, n. 45.

**Tractatulus de quatuor Dei beneficiis in mente, fol. 131.**

Idem tractatulus habetur in cod. 161 fol. 84b—85 ubi inscribitur: *Tractatus S. Bernardi de beneficiis Dei ad Gherardum fratrem suum*; cf. quae ibi diximus.

## 388

**Vita S. Salvatoris, rhytmice.**

Sunt (Pseudo-?) ANSELMI LUCENSIS *Meditationes metricae de gestis D.N.J.C.*, pluries editae. Cf. Chevalier, *R.H.* 4394.

**Vitae philosophorum, fol. 1—38.**

Est GUALTERI BURLAEI († 1337) libellus *De vita et moribus philosophorum*, saepius typis vulgatus. Cf. Campbell n. 388 et *Dictionary of national biography*, VII. 375.

**Gesta, dicta et documenta quorundam philosophorum, fol. 59—113.**

Inc.: *Sedecias primus fuit per quem nutu Dei*. Opusculum in linguam gallicam translatum fuit a Guilielmo de Thignonville et saepius typis vulgatum. Cf. Campbell n. 576; Hain n. 6282; Brunet (5<sup>e</sup> éd.), II. 765; Graesse, II. 410.

**Vol. I.** Fol. 1b legitur in fine: „Ista tria volumina sunt scripta per manus fratris nostri Zwederi pie memorie satis festinanter ut apparet et etiam interdum ex consequenti minus correcte quos tamen defectus excusat fervens ipsius desiderium quod habebat ad congregandum et scribendum legendas et gesta sanctorum qui etiam libros sic ordinavit”.

**Vol. II.** Fol. 1b legitur: „Istud volumen pertinet ad Carthusienses prope tractatum inferius.

[I] Nota quod in hac domo habemus primo quattuor libros de vita sanctorum patrum in uno volumine quod communiter intitulatur vitas patrum.

[II] Item habemus volumen quod intyulatur apud nos secundum volumen patrum. In quo primo habentur hystorie diversorum sanctorum. In fine vero liber hystoriarum. Scilicet antonii pauli primi heremite, etc. qui a pluribus intyulatur quintus liber vitas patrum.

[III] Item lombardicam hystoriam sive auream legendam, per se, in currente littera exigua.

[IV] Item unum volumen quod intyulatur apud nos passionale primum In quo primo habentur hystorie diversorum sanctorum sine ordine. Deinde habentur hystorie sanctorum secundum ordinem dierum a Ianuario usque ad Maium exclusive.

[V] Item volumen presens, quod intyulatur passionale secundum, secundum ordinem dierum, quod incipit a maio usque ad novembrem exclusive.

[VI] Item volumen quod intyulatur passionale tertium In quo habentur primo hystorie secundum ordinem dierum novembris et decembris. [in margine adscribitur]: est tantum medium volumen.”

Eadem fere verbotenus leguntur in codd. 390 fol. 1b et 391 vol. I, fol. 1b. In posteriore codice additum est ad [II] post verba „quintus liber”: „secundum quosdam est tamen quoddam volumen aliud quod de gestis sanctorum patrum scriptum sic intitulatur et pro nunc apud nos habetur.”

In nostra bibliotheca supersunt soli codices qui hic notantur II (cod. 390), IV, V et VI (cod. 391 vol. I—III).

**Vol. III.** Fol. 109a—125b: Libellus qui in hoc codice *De instructione presidecium* inscribitur est JOANNIS GUALLENSIS *Breviloquium de virtutibus antiquorum principum et philosophorum*. Qui idem exstat in cod. 237 fol. 1—31b.



Fol. 241b (in fine): „Finitur per fratrem Swederum de boecholt Anno domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>.xxvi<sup>o</sup> xij kl. May. Anno etatis sue. lxxvj vel circa. Idem Swederus Anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.lxxx<sup>o</sup> ipso die beati alexii vestitus fuit Colonia. Item Anno domini M.CCC.XCVI fuit missus Traiectum. [Manu poster. add. est.]: Item anno domini M.CCC.CXXXIII obiit idem dilectus pater dominus zwederus qui hunc librum et alios libros nobis scripsit postquam liii annis laudabiliter vixit in ordine et nobiscum sepultus sexto loco. octavo die aprilis (cf. *Necrologium Carthusiensium*, ed. in *Bijdr. en Med. van het Hist. Gen.* IX, p. 354). Requiescat in pace ammmodo et in sempiternum. Amen.”

## 395

**Devota quaedam de sancto fratre Wichmanno, fol. 178—186a.**

Ex hoc ipso codice edita exstat narratio per F. Winter in *Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg*, XI (1876), S. 184—191. Cf. Potthast, *Bibliotheca historica medii aevi*, II. 1635.

## 398

**Homiliae Sanctorum Patrum in Evangelia dominicalia.**

Haec homiliarum collectio alteri quae exstat in cod. 129 est simillima. Cf. quae ibi diximus.

## 401

**Missale.**

Ad usum erat Ordinis Praedicatorum in dioecesi Leodiensi vel Traiectensi. Prima manu conscriptae sunt missae S. Dominici, Translationis S. Dominici, S. Petri Martyris et etiam SS. Vedasti et Amandi. Manu secunda paullo recentiori exaratae sunt in Supplemento missae SS. Thomae Aquinatis, Servatii, Bonifacii, Willibrordi, Lamberti etc.

## 402—403

**Missale.**

Erat utrumque ad usum dioecesis Traiectensis.

## 404

**Missale.**

Est BREVIARIUM, pars Hiemalis, in usum dioecesis Traiectensis. Antiphonae et Responsoria notis ornantur musicis.

## 405

**Missale.**

Ad usum erat dioecesis Traiectensis. Introitus, Graduale, Offertorium et Communio ubique notas habent musicas. Quod fol. 276b a Tiele notatur „Cantuale,” non sunt nisi formulae musicae pro cantandis Kyrie, Gloria, Sanctus et Agnus Dei.

## 406

**Antiphonale de nocte. Acc. Tractatus de musica.**

Hoc antiphonarium copiose describitur a J. van Mierlo, S. J., *Een Utrechtsch*

*Antiphonarium* in *Leuvensche Bijdragen*, 1907, p. 1—12, qui ex eodem libro edidit varia Officia tamquam „Bijdrage tot de geschiedenis van het liturgisch drama in de Nederlanden” (l. c., p. 14 ss.).

407

**Antiphonale.**

Erat ad usum dioecesis Traiectensis.

408

**Antiphonale.**

Fol. 283a—289b exstat libellus qui est de musica ecclesiastica multis ornatus schematibus musicis. Inc.: *Cum musica quae secundum B. Aug.* Finis libelli deest.

409. 410 411. 412

**Antiphonale.**

Omnes quattuor sunt partes aestivales.

414

**Graduale.**

Erat ad usum Ordinis Fratrum Minorum. Habet codex per totum annum sola Gradualia cum versibus annexis, quibus in Communi Sanctorum praemittuntur Introitus. Caetera omnia quae ad Gradualis indolem pertinent in hoc codice desunt.

415

**Graduale.**

Erat olim cuiusdam conventus (monialium?) Ordinis S. Augustini in dioecesi Leodiensi.

416

**Evangeliarium in usum Ecclesiae S. Petri Traiecti ad Rhenum.**

Fol. 139a: „Incipit breviarium [sc. Evangeliorum] de sanctis per totum circulum anni. In natali sancti silvestri pape sequencia sancti evangelii secundum mattheum.”

417

**Liber Sequentiarum cum notis musicis.**

Codici insunt:

Fol. 1a—36b: Sequentiae de tempore et de sanctis mixtim sed secundum anni ordinem dispositae. Incipit ordo a Vigilia Nativitatis Domini, desinit in festo S. Nicolai.

Fol. 36b—40b: Sequentiae de Dedicatione Ecclesiae et de Communi Sanctorum.

Fol. 40b—44a: Alleluia cum versibus annexis de Communi Sanctorum et de nonnullis sanctis speciatim.

Fol. 44b—49b: Tropi pro aliquibus festis. Kyrie fons bonitatis. Kyrie cunctipotens etc.

Fol. 50a—56b: Kyrie, Gloria, Sanctus et Agnus Dei in diversis modulandi formulis. Omnia quae fuerunt enumerata notas habent musicas saeculi XIII.

## 418

**Psalterium. Accedunt Litaniae, Officia defunctorum, Hymni per annum, cet. . . . cum notis musicis.**

Fol. 8a—111b: Psalterium iuxta ordinem Vulgatae, intermixtis hic illic antiphonis liturgicis.

Fol. 112a—118b: Cantica biblica.

Fol. 119a—136a: Te Deum, psalmi ad Laudes et Completorium, Psalmi poenitentiales cum Litanis.

Fol. 136a—157b: Officium defunctorum cum antiphonis.

Fol. 158a—170a: Hymni et antiphonae per annum.

Quae in codice inveniuntur antiphonae et hymni notas habent musicas.

## 422

**Ordo faciendi catechumenum et catechumenam (et alia praecepta pro sacerdotibus).**

Est Rituale (Pastorale) solos habens ritus servandos in administratione Baptismi, Extremae Unctionis et in Exsequiis defunctorum.

## 424

**Breviarium. Acc. Litaniae, Exorcismi, Preces.**

Erat ad usum dioecesis Traiectensis. Habet liber sola capitula et collectas. Sequuntur in fine Litaniae omnium Sanctorum, Exorcismus salis et aquae et Orationes nonnullae speciales. Fol. 184a—188b exstant capitula et collectae (manu saec. XIV exeuntis) eorum Sanctorum, quorum festa post confectum librum celebrari coeperunt.

## 425

**Breviarii pars, continens Psalterium dispositum per hebdomadem.**

Est Breviarium Traiectense fere integrum.

## 426

**Breviarium.**

Est pars hiemalis.

## 427

**Breviarium.**

Fuit ad usum Ordinis Fratrum Minorum, et dioecesis Remensis aut Trevirensis. Festa SS. Severini (23 Oct.), Cuniberti (12 Nov.) et Nicasii (14 Dec.) in calendario notantur „festum patriae.”

**Breviarium.**

Erat ad usum Ordinis S. Augustini, estque sola pars aestivalis.

**Breviarium.**

Habet solum psalterium per hebdomadam dispositum, tam ad officium nocturnum quam diurnum, intermixtis suis locis hymnis et antiphonis per annum cantandis; notis haec ornantur musicis.

**Breviarii pars, continens Cursum B. Mariae Virg. cet.**

Est solus Cursus B. Mariae Virg. cum septem Psalmis poenitentialibus et Litanis. Praecedit calendarium Traiectense.

**Horae canonicae.**

Sunt horae et orationes variae ad usum extra-liturgicum, hoc ordine:

Fol. 1—12: Kalendarium dioecesis Traiectensis. Fol. 13a.: Orationes variae. Fol. 46a: Hora de aeterna sapientia. Fol. 62a: Horae de B. Maria. Fol. 98a: Horae de SS. Trinitate. Fol. 125b: Horae de S. Spiritu cum orationibus ad varios sanctos. Fol. 173b: Orationes de compassione B. Mariae. Fol. 177a: De SS. Sacramento. Fol. 182b: De Lamentatione B. Mariae. Fol. 201b: Orationes ad diversas sanctas. Fol. 219a: Vigiliae defunctorum. Fol. 238a: Septem Psalmi poenitentiales cum Litanis. Fol. 250b: Orationes de SS. Sacramento. Ubique etiam in codice intermixtae sunt orationes variae, et ipsae quas enumeravimus horae inepte quandoque fuerunt mutilatae.

**Obsequiale in usum Canonicorum Regularium capituli de Windesheim.**

Est *Processionale* describens eas praesertim solemnitates, quibus omnes conventus religiosi assistere consueverunt, i. e. Processiones (in die Purificationis B. Mariae, Dominica Palmarum, in Coena Domini, Parasceve et Sabbatho Sancto, in Rogationibus, in festo SS. Sacramenti etc.), Vestitionem, et Professionem novitiorum, Communionem et Extremam Vnctionem infirmorum, et Exsequias fratrum defunctorum.

In fine codicis exarata est haec inscriptio, quae deest apud Tiele: „liber Monasterii Canonicorum Regularium in Traiecto.”

**Decisiones Rotae Romanae.**

Est collectio GUILIELMI DE HORBORCH, quae saepius typis exstat expressa; cf.

Schulte, *Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts*, II (Stuttgart 1877), S. 69 nota 4.

## 686

Fol. 234b legitur quae sequitur inscriptio:

„En engelbertus foreest septem domus huius  
 Qui commendator lustris fuit indole clarus  
 Quem fera predominum rabies sua iura tuentem  
 Ter rapuit ter vincla pati non signa coegit  
 Structure datus ipse chorum quem cernis aduxit  
 pluraque quis laudes mernit sive fama perhennis  
 millesimo centum quater decies octo minus uno  
 abstulit hunc mundo mors seua die lebuini  
 Epithaphium commendatoris ad sanctam Katerinam.“

Codex videtur oriundus esse ex domo S. Katharinae Ultraiecti, cui Engelbertus Foreest per triginta annos praefuit. Cf. P. Q. Bronggeest, *Bijdragen tot de geschiedenis van het gasthuis, het klooster en de balijs van St. Catharina*. . . . te Utrecht, Hilversum 1901, p. 24.

## 689

In codicis initio inveniuntur bina folia quibus exaratum est instrumenti apographum (manu coaeva) in causa inter ecclesiam Beatae Mariae Hoyensis et Henricum de Avens, villicum de bredinem (?), dd. 1417 Oct. 25.

## 691

**Ars brevis quae est imago artis magnae, cet., fol. 90—92a.**

Est RAYMUNDI LULLI *Ars brevis*, cap. I—III.

## 709

Praeter initium usque ad dimidium cap. 28 libri I, quod cl. Tielio teste deest, etiam in codice desiderantur:

lib. IV	finis capitis 84	usque ad finem	capitis 89
„ V	„ „ 4	„ „ „	„ 54
„ VII	„ „ 23	„ „ 2am partem	„ 30
„ VII	„ „ 57	„ „ caput 65	
„ IX	„ „ 1	„ „ libri XIV initium (usque ad: „hominem amatum aut virginem . . .“).	

lib. XVII usque ad lib. XVIII capitis 1 finem.

Undecim folia huius codicis (lib. I inde a fine cap. 25 usque ad finem cap. 28 et lib. XVII usque ad lib. XVIII cap. 1 finem) inveni in Museo Archiepiscopali Traiectensi. Huius Musei cl. conservator folia ista olim emit a bibliopola quodam Amstelodamensi; munificentia tamen Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi nostrae bibliothecae reddita sunt. — Praeterea 16 folia integra et 7 foliorum fragmenta ex hoc codice agglutinata fuerunt tegumentis librorum, in nostra bibliotheca exstan-

tium, quos possedit Hubertus Buchelius, ecclesiae S. Mariae Traiectensis canonicus. Cf. quae notavimus ad cod. 130.

## 712

In codicis fronte legitur inscriptio in litteris maiusculis modernis: „... Liber Ruralium Commodorum Mei Dominici De Karonellis.” Folio ultimo verso, quod tegumento agglutinatum erat, exarata est manu eiusdem ac codicis amanuensis fabula de vulpe in forma epistolae leonis ad asinum et leporem, horumque ad leonem responsio, typis vulgata in *Zeitschrift für Deutsche Philologie*, VI (1875), S. 3—12.

## 713

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata fuerunt duo instrumenta:

1. Franciscus Romanae ecclesiae presbyter prodit Eugenium papam Henricum..... in familiarem et confirmum commensalem et servientem armorum constituisse, dd. Florentiae 1435 Januarii 3. (Orig., margine a sinistra parte rescisso).
2. Eugenii papae bulla, qua Henrico..... prebendam in ecclesia B. Mariae..... reservat, dd. 1431 (24 Aprilis) VIII Kl. Maii. (Orig., margine a sinistra parte rescisso).

## 733

Binis foliis codicis initio insertis manu saec. XV exaratum est fragmentum Bibliae moralizatae (belgice). Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata fuerunt bina folia, quibus solum ex una parte exaratum est initium chronicae monasterii Novae Lucis, ordinis Carthusiensis prope Traiectum, cuius recensio brevior, auctore Ghysberto Rutenbergh, invenitur apud Raissium, *Origines Cartusiarum Belgii*, Duaci 1632, p. 99 sqq.

## 734

Tegumento adhaeret instrumentum quo Arnoldus abbas et conventus monasterii Campensis (scil. Kempen prope Rhenum) ordinis Cisterciensis duas curtes, „quarum una in honepale altera vero ibidem prope sita est (dicta vulgariter in den werde)” colonis suis coniugibus, ad utriusque vitam locant, dd. 1306 (Januarii 13) in festo B. Remigii hyemalis. (Originale (?), margine a sinistra parte rescisso).

## 735

Codex oriundus est ex monasterio Canonicorum Regularium Traiectensi; vide notam ad cod. 78.

## 823


Fol. 92b legitur quae erasa erat inscriptio: „Explicit decimus liber poethycon et per consequens totus finitus per me brunonem Iacobi de amstelredam monachum domus carthusiensis nove lucis prope traiectum anno M<sup>o</sup>[CCCC]xli<sup>o</sup> In profesto Katherine virginis.”

**CODICES**

**QUI INDE AB ANNO 1887**

**BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS**

**RHENO-TRAIECTINAE ACCESSERUNT.**





## CODICES LATINI.

1583

VIII. K. 5

*Chart. 220 × 150. 18 fol., quorum 3a, 15a, 16b vacant et nonnulla valde mutilata sunt. Saec. XV.*

**Evangeliorum pericopae cum glossis interlinearibus, brevibus commentariis in margine scriptis.**

Fol. 1a: „Iste liber pertinet henrico moudwic,” et in imo folio legitur: „Liber iste pertinet Henrico de traiecto.” De Henrico Moudwyc, canonico Maioris Ecclesiae Traiectensis, cf. S. Muller Fzn., *De Schilderijen van Jan van Scorel*, Utrecht 1880, blz. 31 (ubi eiusdem effigies describitur) et *Catalogus van de archieven der kleine Kapittelen en Kloosters*, Utrecht 1905, n. 666.

Antea in Tabulario publico Traiectensi.

1584

*Membr. 197 × 140. 162 fol., quorum 1b, 2b, 3a, 67b, 98b—99b, 106b—107b, 145b, 146a, 162b vacant. Titulis rubris, litteris librorum initialibus nitide pictis, litteris capitulorum initialibus alternantibus rubris et caeruleis ornatus. Saec. XV.*

X. G. 32

**S. Augustinus, Tractatus et sermones.**

Fol. 1a in fronte: „Liber continens diversa dicta beati augustini doctoris egregii conscriptus per confratrem nostrum hectorem ad laudem eiusdem doctoris.”

Fol. 2a: Index.

Fol. 4a—19b: De agone christiano (Migne, *P.L.* 40. 289).

Fol. 20a—27b: (GENNADIUS), De definitionibus recte fidei et ecclesiasticis dogmatibus (Migne, *P.L.* 58. 979; desunt c. 18, 22—51, 60—62).

Fol. 28a—37b: De duodecim abusivis huius seculi (Migne, *P.L.* 40. 1079).

Fol. 38a—52a: De decem cordis scilicet decem praeceptis (Migne, *P.L.* 39. 75).

Fol. 52a—55b: De conniventia decem plagarum egipti et decem praeceptorum domini (Migne, *P.L.* 39. 1783).

Fol. 55b—56b: De decimis reddendis (Migne, *P.L.* 39. 2266).

Fol. 57a—59a: Ad parochianos suos (Migne, *P.L.* 39. 2237).

Fol. 59a—61b: De castitate servanda et quod comparatur martirio (Migne, *P.L.* 39. 2301).

Fol. 61b—64b: Duo sermones contra ebrietatem (Migne, *P.L.* **39**, 2303; prior sermo excerptus est).

Fol. 64b—67a: Contra loquacitatem malam de versu psalmi: cohibe linguam tuam (Migne, *P.L.* **39**, 632).

Fol. 68a—72a: De contemptu mundi ad clericos suos (Migne, *P.L.* **40**, 1215).

Fol. 72a—76b: De vanitate huius saeculi et felicitate vitae aeternae et futuri saeculi (Migne, *P.L.* **40**, 1213).

Fol. 76b—79a: De persecutione christiana et voto monachorum (Migne, *P.L.* **40**, 1342).

Fol. 79b—83a: (PETRUS CHRYSOL.), De bono disciplinae (Migne, *P.L.* **52**, 691).

Fol. 83b—85a: De versu psalmi CXVIII. 66. (Migne, *P.L.* **39**, 1849).

Fol. 85a—87a: De obedientia et vera humilitate et contra superbiam (Migne, *P.L.* **40**, 1221).

Fol. 87a—89a: De caritate (Migne, *P.L.* **39**, 1533).

Fol. 89a—91b: De pugna spiritus et carnis sive spiritus contra carnem. Inc.: *Quotquot spiritu dei aguntur hii filii sunt dei.*

Fol. 92a—94b: De aeterna felicitate, excerpt. ex libro: *De civitate Dei*. Inc.: *Quanta erit illa felicitas ubi nullum.*

Fol. 94b—97a: Ut non solum lingua sed et vita et moribus laudetur deus et de purgatorio ac regno celorum (Migne, *P.L.* **39**, 2214).

Fol. 97a—98a: „Ex quodam sermone B. Augustini De timore Dei.” Inc.: *Dominus noster J. C., qui ait ego sum via veritas et vita, ambulare nos.*

Fol. 100a—106a: De assumptione B. Mariae Virginis (Migne, *P.L.* **40**, 1444).

Fol. 109a—145a: De spiritu et anima (Migne, *P.L.* **40**, 779; c. I—L).

Fol. 147a—162a: De cura agenda pro mortuis (Migne, *P.L.* **40**, 591).

Fol. 162a legitur: „Pertinet ad carthusienses prope traiectum.”

Ligatura lignea corio fusco intecta, utrimque insigni aurato viri nob. A. D[e]. Goyer ornata, saec. XVII, fibulis cupreis amissis, summis foliis auratis. In dorso ornamenta aurata exstant. Anno 1899 codex acquisitus est in auctione-Royaards van den Ham, *Catal.*, 632c.

## 1585

*Membr. 156 × 110. 132 fol., quorum fol. 31 et 107 vacant. A diversis manibus, partim (fol. 32—83) duabus columnis scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris aut caeruleis. In codicis initio invenitur tabula aeri incisa et in fine Alberti Dürer xylographia. Fol. 1—30, 84—132: saec. XV; fol. 32—83: saec. XIV.*

**Henricus de Hassia, Tractatus de discretione spirituum, fol. 1a—30b.**

**S. Bonaventura, Breviloquium S. Scripturae, fol. 32a—83a.**

Typis vulgatum in *S. Bonav. Opp. omn.*, V (Quaracchi 1891), p. 201—291. Accedunt (fol. 83a—b) *Dicta s. AUGUSTINI de virtutibus psalmorum* (Migne, *P.L.* **131**, 142).

**Tractatus de otio sancto et de iusto negotio, fol. 84a—106b.**

Inc.: *Dudum a me postulastis vobis aliquid scribi. Des.: mea insufficiencia potui. Per D. N. I. C. qui sit benedictus in secula seculorum. Amen.*

**Gerardus Groot, Sermo de nativitate Domini, fol. 108a—132b.**

Inc.: *Parvulus natus est nobis ysaye IX. Quis grandis nascitur. Des.: et ametur ad omnipotentis gloriam qui est benedictus in secula. Amen. Fol. 132b in fine: „Explicit sermo venerabilis viri magistri gherardi dicti groet de nativitate domini.”*

Quater (fol. 1, 32, 84 et 108) legitur „Liber conventus sancte cecilie in traiecto,” et semel (fol. 84) „liber rectoris capelle sancte cecilie traiectensis.” Tegumento anteriori inscriptum est: J. Th. Royer; vide eius bibliothecae catalogum (1816), p. 69 n. 16. Ligatura lignea corio fusco intecta, fibula cuprea amissa.

Antea in Bibliotheca Regia Hagana, sign. 72 J 21.

**1586**

*Chart. praeter fol. 1—3, 14, 23, 216—219, quae membranacea sunt. 220 × 135. 219 fol., quorum 1a—3a, 141b, 202b, 205b, 215 vacant. Titulis et litteris initialibus rubris ornatus praeter duas (fol. 14a et 142a), quae rubro et violaceo colore pictae sunt. Saec. XV.*

**(Theodericus de Herxen), Compilatio ex diversis doctorum dictis, fol. 4a—200b.**

Fol. 3b: „Nota quod sequentem tractatum sive materias sequentes compilavit in unum venerabilis et devotus pater dominus Theodericus de herxen natus de prope wyndesym secundus rector domus clericorum in Zwollis. In quo aperte relucet cuius spiritus et quante scientie fuerit. Cuius anima requiescat in pace Amen.”

Fol. 4a—13a: Tabulae.

Fol. 14a—141a: Liber de instructione religiosorum ex diversis doctorum dictis excerptus.

Fol. 142a—200b: Dicta doctorum de quibusdam festis et sanctis.

**De communi vita, fol. 201a—205a.**

Inc.: *Communis vita est multum utilis et proficua volentibus proficere.*

**De remediis contra pericula quae possunt contingere circa canonem, fol. 206a—212a.**

Inc.: *Missa suo modo tam plena est misteriis sicut mare guttis.*

**Metra de morte, fol. 212b—214a.**

Inc.: *Clerice metra legas lege rex videas ubi degas//Sum doctor letus.*

**Metra de beatissima Virgine Maria, fol. 214a—b.**

Chevalier, R.H. 33815.

*† Dit is niet door Rhodanus tevergeef gezochte ho. Narratio v.  
Janus Reijck alias de Voerth in W.H.G. 3 P., XIII. 235 noot.*

**Liber de praeparatione cordis, fol. 216a—219b.**

Inc.: *Prepara cor tuum tanquam domum ad magnam hospitem christum dominum nostrum recipiendum.* Libelli finis deest.

Fol. 3b: Index librorum quos codex continet. In codicis fronte legitur inscriptio: „Liber monasterii Nemoris beate marie virginis prope northorn ordinis canonicorum regularium.” Ligatura lignea corio nigro intacta saec. XV, bullis cupreis in tegumento posteriore ornata, fibulis e corio et cupro factis. Anno 1888 codex acquisitus est in auctione-A. M. Ledebøer, *Catal.*, n. 424.

**1587**

*Membr. 156 × 112. 38 fol., litteris initialibus nitide pictis. Saec. XV (c. 1475).*

**Georgius Scholarius Gennadius, Dialogus de via salutis hominum (Latine versus a Georgio Hieronimo Spartano).**

Libellus typis vulgatus est in *Bibl. Max. Vet. Patrum* (ed. Lugd. 1677), t. XXVI, p. 556—559 (cap. XII). Fol. 4a—6b: Johannis Polo de Albo Castro dedicatio ad Davidem de Burgundia episcopum Traiectensem, cuius insigne in margine fol. 7a pictum est. Fol. 2a legitur inscriptio: „Liber monasterij canonicorum regularium montis dive Agnetis virginis, quem habemus ex libraria reverendissimi domini Domini David de burgundia episcopi Traiectensis procuracione fratris nostri Jacobi de burgundia per germanum suum magistrum Johannem de Zijl Decanum verensem.”

Antea in Bibliotheca Regia Hagana. Cf. *Verlag over den toestand der Kon. Bibliotheek in het jaar 1905, 's Gravenhage 1906*, blz. 14.

**1588**

*Chart. 218 × 150. 16 fol., quorum 1, 2, 7b, 8, 10a, 13a, 14—16 vacant. Saec. XV.*

**Excerpta ex quodam commentario in libros ethicorum Aristotelis.**

Inc.: *Iste est quartus liber ethicorum Aristotelis in quo determinat de virtutibus moralibus.* Fol. 12b continet initium LEONARDI ARETINI introductionis in Aristotelis *Eudemia*; cf. *Aristotelis opp.*, Basil. 1563, II. 433.

Antea in Tabulario publico Traiectensi.

**1589**

*Chart. 202 × 140. 108 fol., quorum 2, 3, 12, 13, 106b—108 vacant. Litteris initialibus et titulis rubris ornatus. Saec. XVI (1529).*

**De modo vivendi primorum fratrum in Windessem antequam statuta ordinis essent edita et de ordinatione statutorum, fol. 1a—b.**

Fol. 1b in fine: „Haec ex cronica venerabilis ac eximii Prioris nostri Petri Ympens sunt breviter exscripta.”

VII. F. 32

VIII. K. 4

VIII. H. 26

**Regula sancti Augustini episcopi patris nostri, fol. 4a—11b.**

Præcedit (fol. 4a) prooemium, incipiens: *Augustinus nunquam fuit monachus Eremita*. Fol. 11b explicit: „Exest Regula sancti Augustini episcopi patris nostri, scripta per manus fratris Melchioris Loomanni Lovaniensis 11 Januarii anno 1529.”

**[Statuta Canonicorum Regularium Congregationis Windesheimensis], fol. 14a—92b.**

Fol. 92b explicit: „Finiuntur statuta ordinis Canonicorum Regularium scripta per Melchiorum Loomannum Lovaniensem in Monasterio Regularium Canonicorum de bethleem professum anno a virgineo partu 1529 Mensis Marcii 15 die.”

**Forma inclusionis Canonicorum Regularium in Bethleem iuxta Lovanium, fol. 93a—106a.**

Fol. 93a—b: „Contentarum inclusionis index”. Fol. 94a—b: „Ex privilegiis [monasterii] undecim milium virginum [in Lovaniensi oppido] de verbo ad verbum excerpta pro serenitate conscientiarum fratrum nostrorum in bethleem”. Fol. 95a—96a: „Inclusionis nostre confirmatio per Joannem de Heynsberghe episcopum Leodiensem”. Fol. 96a—b: „Prefatio sequentis processus”. Fol. 96b—106b: „Forma inclusionis monasterii de bethleem iuxta Lovanium magna cum diligentia in ordine conscripta”. Fol. 106a explicit: „Forma huius Inclusionis Monasterii Canonicorum Regularium de bethleem iuxta Lovanium conscripta est a fratre Melchiore Loomanno Lovaniensi eiusdem prefati Monasterii canonico, anno ab Incarnatione domini 1529 marcii 21 die sancti benedicti altera die.”

In primi folii fronte scriptum est: „Ad usum fratris melchioris loomanni lovaniensis canonici regularis in bethleem iuxta Lovanium.”

Ligatura senioris aevi e corio fusco facta; foliis, quae codicis tegumento sunt, aliquot sacrae Scripturae versus manu saec. XV exarati sunt. Codex acquisitus est e bibliotheca v. nob. Thom. Phillipps, *Middlehill*, n. 3543.

**1590**

*Membr. 225 × 155. 109 fol. Sex manibus exaratus: fol. 1—25; 26—30b; 30b—31a; 32—97; 98—101a; 101a—109. Fol. 1—30b saec. XV; 30b—31a saec. XVI—XVII; 32—101a saec. XIII; 101a—109 saec. XIV; cum notis marginalibus saec. XVI. Fol. 1—30 initialibus alternantibus rubris et caeruleis ornata; fol. 32—109 titulis rubris, initialibus parte altera auratis, altera caeruleis aut aliter coloratis. Fol. 95 ornamenta marginalia continet sc. quattuor grana incensa cereo infixata in modum crucis. Nonnulla folia mutilata sunt; inter fol. 10 et 11, 39 et 40, 45 et 46 singula desunt. Fol. 10b et 31b vacant.*

VII. k. 16

**Liber Iuramentorum in usum ecclesiae S. Johannis Traiecti ad Rhenum, fol. 1b—25b, 28b—31a.**

Fol. 1a legitur: „Juramenta A° 1616 1<sup>a</sup> Mart.”; et manu alia saec. XVII

ibidem scriptum est: „Eedtbboek van Heeren prelaten, Can . . . . vicarissen ende officianten . . . Jans capp . . .”

**Evangeliarium, fol. 26a—28a, 32a—109b.**

Continet evangelia: *Ad Mandatum* (Joh. XIII, 1—12) et *Post lotionem* (Joh. XIII, 13 sqq. et XIV); sequitur deinde Canticum *Ecsultet* Sabbato sancto cantandum, cum notis musicis.

Ligatura lignea corio nigro intecta saec. XV, filulis et bullis cupreis ornata. Codex a procuratoribus Ecclesiae Reformatae Traiectensis Bibliothecae commodatus est XVIII Kal. Dec. 1888.

**1591**

*Chart. 212 × 163. 327 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XVIII (1769—70).*

**C. Segaar, Dictata in epistolam ad Hebraeos.**

C. Segaar (1724—1803) fuit linguae Graecae et exegeseos N. T. professor Rheno-Traiectinus. Scripsit G. Kuipers.

**1592**

*Chart. 220 × 136. V vol. 270, 200, 218, 206 fol. (solis foliis rectis exaratus) et 495 pag. Saec. XIX (c. 1810).*

**Jod. Heringa E. fil., Primae lineae theologiae christianae. Cum appendice belgice scripto (tom. V).**

Jod. Heringa E. fil. (1765—1840) fuit theologiae professor Rheno-Traiectinus. Scripsit A. Francken. Donum v. doct. W. Francken (9 Juli 1892).

**1593**

*Chart. 202 × 163. 215 pag., quarum nonnullae vacant. Saec. XIX (1813).*

**Jod. Heringa E. fil., Dictata in parabolas Jesu Christi, in Pauli Ep. ad Cor., Ev. Joh. et Acta.**

Scripsit Joh. Klein.

**1594**

*Chart. 197 × 160. 130 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XIX (1804).*

**J. F. Hennert, Dictata in Logicam.**

J. F. Hennert (1733—1813) fuit philosophiae, matheseos et astronomiae professor Rheno-Traiectinus. Scripsit D. Smits. Donum v. doct. J. J. Smits (1894).

## 1595

*Chart. 210 × 163. 242 pag. Saec. XIX (1824—25).*

**J. F. L. Schröder**, Dictata in philosophiae imprimis anthropologiae psychicae elementa, pag. 1—92.

Eiusdem Dictata in Institutiones logicas, pag. 93—242.

J. F. L. Schröder (1773—1845) fuit philosophiae et matheseos professor Rheno-Traiectinus. E bibliotheca v. doct. H. J. Broers. Donum haeredum (1887).

## 1596

*Membr. 310 × 220. II et 87 fol. Initialibus rubris et caeruleis ornatus. Fol. 1—86a sunt saec. XV; fol. 86b—87a saec. XVI ineuntis.*

**Statuta ecclesiae Traiectensis.**

Haec statuta e manuscripto vetustiore edita sunt sub titulo *Het Rechtsboek van den Dom van Utrecht door Hugo Wstine in Oude Vaderl. Rechtsbronnen*, XVIII (1895), ubi pag. XLVIII codex hic describitur.

Fol. 86b—87a: Landbrief van bisschop Aernt van Hoern, dd. 1375 des Donredaghes na S. Servaesdach (Mei 17).

Codicem possederunt Maioris Ecclesiae Traiectensis canonici, primum Gerardus Beyer c. 1500, postea alii duo quorum nomina erasa sunt, dein Joh. Beyer c. 1550. Nomen antiquarii Gisberti Lappii van Waveren (saec. XVII ineuntis) in indicis calce invenitur. Quando et quomodo in Bibliothecam pervenerit non constat. Pulchra ligatura lignea corio fusco intacta saec. XVI, fibulis cupreis amissis.

## 1597

*Chart. 296 × 215. 26 fol., quorum nonnulla humore mutilata sunt. Saec. XV.*

**Commentarii in corpus iuris canonici fragmenta.**

Inc.: „De accusationibus” (Decreti secunda pars causa IV); desinit: „De Usuris” (ibid. XIV).

Antea in Tabulario publico Traiectensi.

## 1598

*Chart. 296 × 215. 35 fol., quorum 19—20b vacant et 13—35 humore ita mutilata sunt ut legi non possint. Binis columnis. Saec. XV.*

**Glossae in partes corporis iuris canonici.**

In hoc codice corpus iuris canonici de rebus temporalibus in rubricas redactum est. Incipit: „Rubrica de deposito”; desinit: „Rubrica de donationibus.”

Origo ut supra.

VIII, B. 22

## 1599

*Chart. circa 330 × 210. 136 fol., quorum nonnulla vacant. Saec. XVI—XVII.*

**Regestum diversarum rerum et collectanea iuridica.**

Fol. 1—29, 404—436: Annotationes de Jure Traiectensi saec. XVI exeuntis, auctore quopiam avvocato Rheno-Traiectensi. Fol. 1a: „Regestum Diversarum rerum tam visarum tam auditarum in playdoys in Rotula”, in margine: „Incepi stylo veteri 5 Martii a° 1584”. Fol. 45a: „Regestum parvum”, in margine „17 Martii a° 1584 stylo veteri”. Fol. 404a: „Clausulae quaedam generales et conclusiones”. Fol. 404b: „Clausulae quae ponuntur in exordio omnium scripturarum”. Fol. 405b: „Practica Verba”. Fol. 407a: „Clausulae quae ponuntur in medio”. Fol. 408a: „Praesumptiones quaedam ex scriptis Domini mei D. G. Berch”. Fol. 410a: „Clausulae quae ponuntur in fine”. Fol. 412a: „Conclusiones Varias”. Fol. 420a: „Formulae quaedam”.

Fol. 30—103 significationes multorum adverbiorum, praepositionum, particularum et coniunctionum exponuntur.

Codex acquisitus est e bibliotheca v. nob. Thom. Phillipps, *Middlehill*, n. 3307.

II, F. 11

## 1600

*Chart. 316 × 204. 265 fol., quorum multa vacant. Saec. XVII.*

**Commentarius in Iurisdictionem Urbis Rheno-Traiectinae.**

Van de Waterus initio adscripsit: „De annotatien in dit boek geschreven, schyuen deselfde te zyn, waervan Rodenburg de Iure Conjug. p. 55 spreek; en tot haren aucteur te hebben den Adv. Everard van der Schuur, eertyds voornaem Adv. in dese stad”.

In codicis initio legitur: „Sum A. Withe 1647”. Ex libris P. Musschenbroeckii, vid. eius *Catal. Bibl.*, p. 151 n. 323.

Antea in Universitatis Batavo-Lugdunensis bibliotheca, *Catal.-Geet.*, n. 850.

VIII, H. 28

## 1601

*Chart. 203 × 158. 24 fol., quorum complura vacant. Saec. XVIII.*

**Collectanea de iureiurando veterum.**

E scedulis Arn. Drakenborch. Donum viri doct. J. B. Kan (1893).

VI, E. 34

## 1602

*Chart. 306 × 245. 173 pag. Saec. XVIII (1761).*

**Herm. Cannegieter, Dictata in Ius publicum Belgii foederati.**

H. Cannegieter (1732—1804) iurisprudentiae professor Franequeranus fuit. Scripsit



Aegidius Holst. Codicem olim possedit Petrus Bondam. E legato v. cl. M. S. Polis.

## 1603

*Chart. 210 × 160. 2 vol. 389 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XVIII (1762).*

**C. H. Trotz, Dictata in ius publicum Belgicum.**

C. H. Trotz (1703—1773) fuit iuris civilis et publici Belgici professor Rheno-Traiectinus. Anno 1905 codex acquisitus est in auctione-B. J. Lintelo de Geer van Jutfaas, *Catal.*, n. 874.

## 1604

*Chart. 208 × 163. 3 vol. 191, 238 et 189 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XVIII.*

**J. H. Voorda, Dictata in Institutionum Iustiniani II. I—III.**

J. H. Voorda (1732—1814) iuris civilis professor fuit Rheno-Traiectinus. Donum v. doct. N. G. P. Rauwenhoff (1896).

## 1605

*Chart. 212 × 168. 168 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XVIII.*

**Eiusdem Dictata in Institutionum Iustiniani II. I.**

Donum v. doct. J. H. C. Cazii (1896).

## 1606

*Chart. 206 × 165. 4 vol. 322, 448, 344, 346 pag., alternis vicibus exaratae. Saec. XVIII.*

**Petrus Bondam, Praelectiones in ius publicum foederati Belgii.**

Autogr. P. Bondam (1727—1800) iurisprudentiae professor Harderovicenus, dein Rheno-Traiectinus fuit. E legato v. clar. M. S. Polis.

## 1607

*Chart. 210 × 160. 3 vol. 504 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XVIII.*

**F. W. Pestelius, Dictata ad ius Belgicum.**

F. W. Pestelius (1724—1805) iurisprudentiae professor Batavo-Lugdunensis fuit. Origo ut supra.

VII. D. 41

## 1608

*Chart. 210 × 165. 234 fol., quorum nonnulla vacant. Saec. XVIII exeuntis.*

**Dictata** ad interpretationem F. G. Pestelii *Fundamentorum Iurisprudentiae naturalis* (ed. quarta, 1788).

Donum viduae v. doct. A. R. Falck.

VII. L. 31

## 1609

*Chart. 210 × 163. 185 pag. Saec. XIX (1810—11).*

**Jo. Otton. Arntzenius**, *Animadversiones in Böckelmanni Compendium Institutionum Iustiniani* (dictata).

J. O. Arntzenius (1774—1825) fuit iurisprudentiae professor Harderovicenus. Scripsit J. Pols Jr. E legato v. cl. M. S. Pols.

VII. E. 59-62

## 1610

*Chart. 210 × 163. 4 vol. 774 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XIX ineuntis.*

**C. W. de Rhoer**, *Dictata ad interpretationem F. G. Pestelii Fundamentorum iurisprudentiae naturalis* (ed. quinta, 1806).

C. W. de Rhoer (1751—1821) fuit iurisprudentiae professor Rheno-Traiectinus. Scripsit D. Smits. Donum v. doct. J. J. Smits (1894).

VII. E. 63-66

## 1611

*Chart. 208 × 165. 4 vol. 290, 226, 251 et 209 pag. Saec. XIX.*

**Eiusdem** *Dictata in Pandectarum ll. 1—27.*

Scripsit D. Smits. Donum v. doct. J. J. Smits (1894).

V. E. 26

## 1612

*Chart. 205 × 165. 251 fol. Saec. XIX (1811).*

**Corn. Adr. van Enschtff**, *Praelectiones de Iure criminali.*

C. A. van Enschtff (1778—1835) fuit iurisprudentiae professor Rheno-Traiectinus. E legato v. clar. M. S. Pols.

VII. E. 15

## 1613

*Chart. 208 × 165. 298 pag. Saec. XIX (1822).*

**Eiusdem** *Dictata in ius naturae.*

E bibliotheca v. doct. H. J. Broers. Donum haeredum (1887).

## 1614

*Chart. 200 × 160. 109 fol. Saec. XIX (1823—24).*

**Jo. Melch. Kemper, Dictata in ius naturae.**

Jo. Melch. Kemper (1776—1824) fuit iurisprudentiae professor Batavo-Lugdunensis. Scripsit H. F. Arnold. Donum v. doct. A. R. Falck (1895).

## 1615

*Chart. 207 × 165. 321 pag. Saec. XIX (c. 1825).*

**Herm. Arntzenius H. J. fil., Dictata in lib. I—XI Pandectarum.**

H. Arntzenius H. J. fil. (1765—1842) fuit iurisprudentiae professor Rheno-Traiectinus. E bibliotheca v. doct. H. J. Broers. Donum haeredum (1887).

## 1616

*Chart. 206 × 163. 2 vol. 310 et 229 pag. Saec. XIX (c. 1825).*

**Eiusdem(?) Dictata in Institutionum Justiniani ll. IV.**

Origo ut supra.

## 1617

*Chart. 208 × 165. 523 pag., alternis vicibus exaratae. Saec. XIX (c. 1825).*

**Eiusdem(?) Dictata in codicem Napoleonicum.**

Origo ut supra.

## 1618

*Chart. 208 × 160. 168 pag. Saec. XIX (c. 1825).*

**J. R. de Brueys, Dictata in encyclopaediam iuris.**

J. R. de Brueys (1778—1848) fuit iurisprudentiae professor Rheno-Traiectinus. Origo ut supra.

## 1619

*Chart. 203 × 165. 2 vol. 145 et 145 fol. Saec. XIX.*

**[A. N. J. Ernst], Dictata in Institutiones iuris Romani.**

A. N. J. Ernst (1796—1844) fuit iurisprudentiae professor Leodiensis, dein Lovaniensis. Scripsit C. J. Dubois, iurisprudentiae operam navans in universitate Leodiensi.

## 1620

*Chart. 202 × 164. 16 pag. Saec. XIX.*

**M. S. Pols**, Aliquot reliquiae iurisprudentiae quae apud Schultingium non inveniuntur.

E legato eiusdem.

## 1621

*(Libri typis expr. O. oct. 101). Chart. 149 × 97. 48 fol. Saec. XVI exeuntis.*

**Aur. Bomb. Paracelsus**, Labyrinthus medicorum.

Libellus coniunctus est cum libris typis exaratis. Ex libris Hub. Buchelii.

## 1622

*Chart. 203 × 156. 15 vol. 185, 285, 315, 156, 229, 203, 283, 281, 258, 312, 299, 276, 359, 278 et 192 fol. Saec. XVIII.*

**Joh. de Gorter**, Commentaria in praxis medicae systema suum, anno primum 1750, dein auctius a. 1767 editum.

Vol. I: proemium. Vol. II—X: morbi generales. Vol. XI—XV: morbi particulares. Vol. X in fine legitur: „Sic ergo Bono cum Deo absolvimus hoc systema. . . . 7 Julii 1750 hora 2;” et vol. XV in fine: „Ita nunc quoque absolvimus morbos particulares. . . . 17<sup>7</sup>/<sub>9</sub>51.”

Joh. de Gorter (1689—1762) fuit medicinae in academia Harderovicena professor, dein imperatricis Russiae Elisabeth archiater. E legato v. clar. G. J. Loeq C. J. fil.

## 1623

*Chart. 202 × 156. 3 vol. 292, 297 et 192 fol. Saec. XVIII.*

**Dav. de Gorter**, Dictata in Pharmacopoeam Amstelodamensem.

Initio vol. III legitur: „A° 1746 1 Oct.,” et in fine: „finem imposuimus 27 Jun. 1748.”

Dav. de Gorter Joh. fil. (1717—1784) fuit medicinae et botanices professor Harderovicenus. Origo ut supra.

## 1624

*Chart. 219 × 136. 8 vol. 1390 pag. Saec. XVIII.*

**Joa. Oosterdijk Schacht**, Institutiones medicinae practicae ad auditorum potissimum usum in epitomen redactae et evulgatae.

J. Oosterdijk Schacht Herm. fil. (1704—1792) fuit medicinae professor Franequeranus; postea Rheno-Traiectinus. Origo ut supra.

V. H. 41

VIII. E. 10-28

VIII. F. 1-5

VIII. F. 6-8

VIII. F. 9-16

## 1625

*Chart. 219 × 135. 58 pag. (cum fasciculo inserto, 18 pag.)*  
*Saec. XVIII.*

**Gualth. van Doeveren**, *Dictata de febribus in genere*, pag. 1—43.

*Eiusdem Dictata de inflammatione in genere (in duplo)*, pag. 45—57.

Gualth. van Doeveren (1730—1782) fuit medicinae professor Groninganus, dein Batavo-Lugdunensis. Origo ut supra.

## 1626

*Chart. 219 × 135. 41 pag. Saec. XVIII.*

**Dictata in materiam medicam.**

Origo ut supra.

## 1627

*Chart. 205 × 158. 2 vol. 302 fol., solis foliis rectis exaratus.*  
*Saec. XVIII exeuntis.*

**Nic. Paradijs**, *Dictata in morbos infantium.*

Nic. Paradijs (1740—1812) fuit medicinae professor Batavo-Lugdunensis. Origo ut supra.

## 1628

*Chart. 219 × 137. 2 vol. 560 pag., exaratus alternis paginis.*  
*Saec. XIX (1807—08).*

**M. van Geuns**, *Dictata in praxim medicam.*

M. van Geuns (1735—1817) fuit medicinae professor Rheno-Traiectinus. Anno 1905 uterque codex acquisitus est.

## 1629

*Chart. 207 × 166. 4 vol. 95, 109, 142 et 117 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XIX (c. 1830).*

**Corn. Pruys van der Hoeven**, *Aphorismi eorumque commentarius de medicina practica in usum auditorum.*

Corn. Pruys van der Hoeven (1792—1874) fuit medicinae professor Batavo-Lugdunensis. E legato v. clar. G. J. Loncq C. J. fil.

VIII, F. 21

## 1630

*Chart. 205 × 165. 274 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XIX (1830—31).*

**Eiusdem Commentaria in Gaubii Institutiones pathologiae medicinalis.**  
„Audivit atque scripsit G. J. Loncq C. J. fil.” E legato eiusdem.

VIII, F. 27

## 1631

*Chart. 216 × 131. 306 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XIX (c. 1830—40).*

**J. L. C. Schroeder van der Kolk, Physiologia corporis humani**  
(dictata).

Origo ut supra.

VI, G. 20

## 1632

*Chart. 318 × 198. 45 pag., quarum complures vacant. Saec. XIX (1833—39).*

**G. J. Loncq, Historiae quaedam morborum eorumque curationis.**

Autogr. Origo ut supra.

VI, G. 21

## 1633

*Chart. 322 × 197. 18 pag. Saec. XIX (1835—40).*

**Eiusdem Tredecim historiae morbi aegrotantium cholera Asiatica, in nosocomio (Roterodamensi?) observatorum.**

Autogr. Origo ut supra.

III, K. 11

## 1634

*Chart. 420 × 270. 46 fol. Saec. XIX (1847—49).*

**Eiusdem Casus morborum ab eo in Polyclinico observati.**

Autogr. Origo ut supra.

VIII, D. 13

## 1635

*Chart. 8°. 314 pag. Saec. XIX (c. 1850).*

**Eiusdem Institutiones pharmacologicae. (Dictata). Cum indice materiarum.**

Origo ut supra.

VIII, D. 14

## 1636

*Chart. 224 × 157. 620 pag., quarum 489—494, 500—504, 565 et 566 vacant. Saec. XVIII (1723).*

**Marion, Dictata in physicam. Pars II (pars I deest).**

Pag. 1—150: de astronomia, cum imaginibus Cartesii (pag. 62) et Tychoonis de

Brahe (pag. 66). Pag. 153—373: de elementis. Pag. 373—488: de corporibus animatis (pag. 405—488: tractatus de homine seu introductio ad artem medicam). Pag. 505—563: figurae illustrandi causa additae. Pag. 567—620: Traité des expériences les plus curieuses de la physique.

Marion fuit philosophiae professor Parisiensis. „Scripsit Joannes Franciscus Niel in regia Navarra”. (Collegium Navarrense anno 1304 Parisiis constitutum periit saeculo xviii exeunte). Quomodo codex hic in Bibliothecam pervenerit, non constat.

VIII, F. 26

## 1637

*Chart. 208 × 165. 192 fol., solis foliis rectis exaratus. Saec. XIX.*

**C. G. C. Reinwardt, Dictata ad chemiam.**

C. G. C. Reinwardt (1774—1854) professor ordin. in academia Batavo-Lugdunensi fuit. Scripsit G. J. Loncq C. J. fil. E legato eiusdem.

V, H. 47

## 1638

*Chart. 207 × 164. 29 pag. Saec. XIX (1897).*

**Tobias Mayer, De refractionibus obiectorum terrestrium. (Oratio in initio lectionum habita).**

Tob. Mayer (1723—1762) fuit mathesis et oeconomiae professor Gottingensis.

Transscripsit ex libro typis vulgato (1751), quem possedit specula astronomica Gottingensis, v. clar. J. A. C. Oudemans. Donum eiusdem.

VI, L. 17

## 1639

*Membr. 276 × 209. 2 fol. Titulis et initialibus rubris ornata. Saec. XIV ineuntis.*

**Litterarum et mandatorum Frederici II imperatoris apographa, signata 49—56, 109—116.**

Typis vulgata sunt in Petri de Vincis *Epistolarum libri VI*, ed. Iselius, 1740, vol. II, p. 82—88, 127—133. Utrumque folium agglutinatum erat tegumento libri typis excusi, signati W fol. 148, ex Domo S. Hieronymi Traiectensi oriundi.

V, L. 24

## 1640

*Chart. 141 × 95. 146 fol. Saec. XVI (1584—88).*

**Arn. Buchelius, Acta diurna (in itinere Gallico et Italico).**

Fol. 2—28: „Itinerarium Duacense,” Jul. 1584—Jun. 1585. Fol. 29—97: Parisiis, Jul. 1585—Maium 1586. Fol. 98—101: Rotomagi. Fol. 102—116: Annotationes de variis rebus. Fol. 117—146: „Pars itineris Italici,” Febr.—Mart. 1588. In codicis initio legitur: „Sum Arnoldi Buchelii et Amicorum Anno domini 1584.”

Est rapiarium quo Arn. Buchelius, ut codice 761, usus est in suo Diario contexendo. Viros doctissimos, qui Buchelii *Diarium* nuper ediderunt in *Werken v. h. Hist. Gen.*, 3 S. No. 21 (1907), codex noster fugisse videtur; cf. *l. c.*, p. xcvi.

Donum v. doct. J. A. Grothe.

## 1641

*Chart.* 280 × 213. 3 vol. 1046 pag. Saec. XVIII.

**Arn. Drakenborch**, Dictata in historiam Belgii foederati (usque ad a. 1609).

Arn. Drakenborch (1684—1748) in academia Rheno-Traiectina historiarum et eloquentiae professor fuit. E bibliotheca S. Gille Heringa.

## 1642

*Chart.* 207 × 162. 312 fol., quorum nonnulla tantum exarata sunt. Saec. XVIII.

**P. Bondam**, *Analecta historica* (annotationes historicae dissipatae 461—1590).

Codex acquisitus est e bibliotheca v. nob. Thom. Phillipps, *Middlehill*, n. 3313a.

## 1643

*Chart.* 232 × 176. 117 fol. Saec. XVIII.

**Annotata** quaedam ad Everardi Othonis Notitiam regnorum et rerum-publicarum.

Antea in Tabulario Civitatis Rheno-Traiectensis.

## 1644

*Chart.* 210 × 160. 165 fol., foliis tantum rectis exaratus. Saec. XVIII.

**F. W. Pestelius**, Dictata in historiam politicam foederum, quae Belgae foederati percusserunt cum exteris ab anno inde 1581 usque ad annum 1748.

F. W. Pestelius (1724—1805) fuit iuris professor Batavo-Lugdunensis. E legato v. clar. M. S. Pöls.

V. D. 17-19

VII. H. 24

VIII. K. 6

VII. L. 30



## 1645

**Phil. Guil. van Heusde, Dictata in historiam gentium.**

3 exempl: I. 459 pag. (1804—1805). Scripsit D. Smits. Donum v. doct. J. J. Smits (1894). II. 294 fol., foliis tantum rectis exaratus (1804—1805). III. 309 pag. (c. 1825). E bibliotheca v. doct. H. J. Broers. Donum haeredum (1887).

Ph. G. van Heusde (1778—1839) fuit historiarum, antiquitatum, eloquentiae et linguae Graecae professor Rheno-Traiectinus.

## 1646

(*Hist. Gen. n. 121*). *Chart. 314* × *207. 188 fol. Saec. XVI—XVII.*

**P. C. Bockenberg, Annotationes de nobilibus familiis Neerlandicis.**

Fol. 1a—119b: „Batavinae Reipublicae aut ei iunctorum fere populorum prisca nobilitas ex archivis monumentis et vetustissimis undique conquisitis fide dignissimis scriptis . . . . . collecta”. — Fol. 120 vacat.

Fol. 121a—142b: „Beneficarii Hollandiae Flandriaeque Comitum Frisiae Dominorum, quos P. Bockenbergius in concinnandis Annalibus suis familiarum nominibus distinctos, in executiendis beneficiorum archivis commode excerptere potuit, quorumque in Annalibus suis meminit a tempore Philippi Burgundiae Ducis . . . . . usque ad provincialium defectionem a Philippo Austriaco, Hispaniarum rege”. Fol. 143 vacat.

Fol. 144a—146b: „Hollandiae Zeelandiaeque Comitum et Frisiae Dominorum catalogus et genealogia”.

Fol. 147a: Excerptum ex Antonii Hovaei *Dialogo de temporis nostri statu*. Fol. 147b vacat.

Fol. 148a—151a: „Nobiles familiae in rebus Flandriae memoratae a P. Cornelissonio [Bockenberg] in ordinem alphabeticum digestae”.

Fol. 151b: „Flandriae Comitum catalogus, additis annis quibus sumpserunt imperium ad perfectius intelligenda nobilitatis Flandriae iam memoratae tempora”. Fol. 152—153 vacant.

Fol. 154a—155b: „Clausulae extractae ex libro satis antiquo intitulo chronica dominorum de Heusden edito per fratrem Gerrardum Terlinck . . . cum intersignis seu armis singulorum dominorum in dicto dominio per ordinem succedentium”.

Fol. 155b—159b: „Clausulae extractae ex alio libro magno in asseribus ligato continente post varias historias chronicam satis antiquo caractere scriptam dominorum de Arekel, Teysterbandiae, Heusden, Altena, Heuckelem, Asperen, Calenborch, Yselsteyn, Vianen, Woerden, Poelgeest nec (!) Comitatum Cliviae, Geldriae, Gulliae, de Mareka, de Monte etc. item vicecomitatum Hollandiae”.

Fol. 160a—161b: „Ex libro monasterii Averbodiensis impresso in asseribus ligato intitulo fasciculus temporum continente inter alia chronica Traiectense, Flandrense, Hollandiae, Gelriae, Cliviae extractae”.

Fol. 161b—185b: „Diversae litterae ex variis monasteriis, collegiis et aliis locis extractae, ostendentes quomodo dominium Athenae primo ad dominos de Hoorn advenit et ulterius inter eosdem dominos successit” (1212—1532).

VI, D. 38  
II, D. 20  
VII, E, 12

1. 1212. — Theodericus, dominus de Althena, se, de assensu uxoris suae Mariae et nepotum suorum Engelberti et Wilhelmi, ecclesiae de Averbodio omnem decimam suam in duabus villulis, quarum utraque Myrta dicitur, praeterea terram incultam, quae iacet inter curiam de Culstrode et aquam illam quae fluvius dicitur, possidendas contulisse testatur. (Typis vulgata apud [M. J. Wolters], *Notice historique sur l'ancienne Abbaye d'Averboden*, Gand 1849, n. 15).
2. 1224. — Theodericus, dominus de Althena, se, de consensu uxoris suae Mariae et nepotum suorum Wilhelmi et Engelberti, ecclesiae de Averbodio ius patronatus ecclesiae de Mimem (?) possidendum contulisse testatur.
- 3a. 1224. — Theodericus, dominus de Althena, se, de assensu uxoris suae Umatae (Mariae?) et nepotum suorum Wilhelmi et Engelberti, omnem decimam suam in villa Brustheim ecclesiae S. Mariae et S. Johannis Baptistae in Averbodio possidendam contulisse testatur.
- b. 1219(?). — Imata (Maria?), domina de Althena, donationem decimae in Brustheim, quam maritus suus praedictae ecclesiae in Averbodio possidendam contulit, approbat.
4. 1221. — Theodericus, dominus de Althena, se, de consensu nepotum suorum Wilhelmi et Engelberti de Hoorn, ecclesiae S. Mariae et S. Johannis Baptistae in Averbodio omnem decimam suam et tertiam partem iuris patronatus ecclesiae de Ronstert (?) dedisse testatur.
- 5a. 1240 mense Octobri in festo S. Dionysii (Oct. 9). — Theodericus, dominus de Althena, se fratribus ordinis Vallis Caulium, Deo servientibus in domo Vallis S. Elisabeth, bona, in hac charta copiose descripta, sita in Bree, apud Weert et in aliis locis dedisse testatur. (Typis vulgata apud F. Foppens, *A. Miraei opera diplomatica*, IV. 549).
- b. 1240 mense Novembri feria quinta ante festum B. Martini (Nov. 8). — Wilhelmus et Higgebertus de Hoorn sui avunculi Theodorici de Althena donationem praedictam confirmant.
6. 1242 mense Iunio. — Capitulum S. Salvatoris in Traiecto se bona, quae Theodericus de Althena ab eo in decimis tenuit iure patronali, post illius obitum Wilhelmo de Hoorn successori de Althena in pacto contulisse testatur. (= Brom, *Regesten*, n. 969).
7. 1250. — Conventus Vallis Caulium venditionem, quam fecerunt fratres de Valle S. Elisabeth domino Wilhelmo de Althena de centum maldris avenae et sex frumenti pro 65 marchis Coloniensis, confirmat.
8. S. d. — Testamentum Wilhelmi, domini de Hoorn et de Althena.
9. 1265 feria quarta ante Philippi et Jacobi Apostolorum (April 29). — Capitulum S. Salvatoris Traiectense se bona, quae Wilhelmus dominus de Althena ab eo sub annuo pacto tenuit, illius filio concessisse testatur. (= Brom, n. 1577).
10. 1271 in die purificationis B. V. (Febr. 2). — Johannes dux Lotharingiae et Brabantiae Wilhelmo domino de Hoorn 80 libras Lovanienses in augmentationem

illius feudi dat. (Typis vulgata apud [M. J. Wolters], *Notice historique sur l'ancien comté de Horno*, Gand 1850, n. 1).

11. 1270. — Excerptum ex libro anniversariorum ecclesiae de Schalunen, continens notitiam de donatione, quem Theodericus, dominus de Althena, ecclesiae praedictae dedit.

12. 1285 quarto idus aprilis (Aprilis 10). — Wilhelmus, dominus de Hoorne, testatur se conventui de Keiserbosch, ordinis Praemonstratensis, ius patronatus ecclesiarum de Leende et de Heese dedisse, consentiente Wilhelmo suo primogenito. (= Wolters, *l. c.*, n. 2).

13. 1288 in crastino sole computatis (?) Paschae (Martii 29). — Walramus, dominus de Valckenborgh et de Monhoie, prodit Wilhelmum de Hoorne et de Althena theoloneum per terram eius levare sibi permisisse.

14. 1290 dominica post Agathae virginis (Febr. 12). — Walramus, dominus de Monjoie et de Valckenburgh, et Johannes de Cuke in causis inter Arnoldum, comitem de Losse, et Wilhelmum dominum de Hoorne tamquam arbitri sententiam dicunt.

15. 1294 mense Januario. — Wilhelmus de Hoorne et de Althena et Daniel, dictus de Gore miles, testificantur Johannem et Margaretam, liberos magistri Ludovici et Iutte de Rudorpens. pro eorum parentum anniversariis conventui de Keyserbosch duas petias terrae arabilis pro dimidia marca brabantinae hereditarie obtinendas contulisse.

16. 1300 in die B. Clementis (Nov. 23). — Testamentum Wilhelmi domini de Hoorne et de Althena.

17. Sepulchri elogium Engelberti de Althena in ecclesia de Keyserbosch.

18—20. = Brom, *Regesten*, nn. 2938, 2945, 2946.

21. 1302 in die festi s. et individuae Trinitatis (Junii 17). — Johannes, abbas monasterii Averbodiensis, Theodericus, praepositus ecclesiae S. Salvatoris Traiectensis, et Gerardus, dominus de Hoorn et de Althena, produnt, Wilhelmum et fratrem Johannem et conventum de Keyserbosch quaestionibus, quas inter se habebant de ecclesia de Monte S. Gertrudis et de ecclesia de Nunhem, renuntiavisse.

22. 1302 feria tertia post nativitatem B. Virginis (Sept. 11). — Arnoldus, comes de Los et de Chynen, confirmans Johannam de Garsbeke (Gaesbeke?) in omnibus bonis foedalibus eius mariti Gerardi domini de Hoorne, castro tantum de Hoorne exempto, assentitur, ut ea in dictis bonis quamdiu vixerit habeat usufructum.

23. 1308 feria sexta ante festum B. Johannis Baptistae (Junii 24). — Capitulum S. Salvatoris Traiectense Gerardo, domino de Althena et de Hoorne, decimas suas de Pederoge (Poderoyen?) locat.

24. 1308 des Woensdachs naer onser vrouwe daghe als sy geboren was (Sept. 11). — Nadere uitspraak van graaf Willem van Holland tusschen Gerard, heer van Hoorn

en van Althēna e. s. en Johan van Arkel en Vastaert van Giessen. (Apud *P.L. Muller, Regesta Hannoniensia*, 1882, p. 27).

25. 1305 in Pinxendaeghe (Junii 6). — Willem de Boc, Jan van der Dussen, Jan van Ryswijck, ridders, Diederick de burchgraaf en Robijn, zoon van Lodewijk Bekeler, knapen, getuigen als leenmannen van Gerard, heer van Hoorn en Altena, dat Vastraedt, zoon van heer Arnoud van Giessen, afstand heeft gedaan van alle verbintenissen, tusschen hem en Gerard, heer van Hoorn en Altena, en tusschen hunne ouders gesloten, behalve van een leenbrief betreffende het dagelijksch gerecht te Giessen en Taulc (?).

26. 1313 in S. Jacobs daghe (Julii 25). — Verklaring van schepenen van Woudrichem omtrent de uitspraak van Gerard, heer van Hoorn en van Altena en van Perweis, over een bloedigen strijd (bij Muller, *l.c.*, p. 50).

27. 1313 feria quinta post octavas Pentecostes (Junii 14). — Theodericus comes Clivensis promittit se Gerardum, dominum de Hoorne et de Althēna, indemnem conservaturum esse a fideiussione, qua hic pro se apud Johannem de Lysenkirche, civem Coloniensem, se oneravit.

28. 1315 Martii 11. — Willem, graaf van Holland, belooft Gerard, heer van Hoorn en van Altena, die voor zijn nakomelingen borg is geworden wegens den koop der stad Mechelen van Floris Berthout en diens erfgenamen, daarvoor schade-loos te zullen houden. (Typis vulgatum apud Van Mieris, II. 151, ubi 1 Martii 1315).

29. 1321 in B. Ceciliae pridie(?) (Nov. 21). — Gerardus, dominus de Hoorne et de Althēna, prodit decimam emergentem ex novalibus in Basten apud Halen, quorum partem dedit Henrico de Melenburch, non eius esse, sed tribuenda esse investito de Halen in cuius parochia dicta novalia consistunt.

30. 1322 des vrydachs naer S. Bartholomeusdach (Aug. 27). — Willem, graaf van Holland, vergunt aan Willem van Hoorn, dat die van Altena op zekere voorwaarden een nieuwe sluis mogen maken in den Maasdam (Van Mieris, II. 300).

31. 1329 des saterdachs naer S. Peetersdach ingaende oogst (Aug. 5). — Willem, graaf van Holland, belooft Willem, heer van Hoorn en Altena, die hem een balling had uitgeleverd, dit insgelijks te zullen doen (Van Mieris, II. 484).

32. 1332 des sondachs naer S. Mertinsdagh in den winter (Nov. 15). — Diederik, graaf van Cleve, erkent voldaan te zijn van al zijn recht op en eigendom aan het land van Altena, verkocht aan graaf Willem van Holland, en verzoekt den Keizer zulks te bevestigen (Van Mieris, II. 537).

33. 1334 des vrydachs naer Alderheyligen dach (Nov. 4). — Willem, heer van Hoorn en Althēna bekent het land en de poort van Woudrichem van den graaf van Holland in leen te hebben ontvangen, gelijk hij het voorheen van den graaf van Cleve gehouden had (Van Mieris, II. 569).

34. 1334 des vrijdachs naer Alderheyligen dach (Nov. 4). — Graaf Willem van Holland verlijdt heer Willem van Hoorn en Altena, ridder, met de van den graaf van Cleve op denzelfden dag gekochte poort en land van Woudrichem (Apud Muller, *l. c.*, p. 128).

35. 1342 des sondaechs naer S. Remys ende S. Baves daghe in die maent van October (Oct. 6). — Willem, heer van Hoorn en Althena, maakt bekend, dat hij zijn oudsten zoon Gerard in goedinghe gegeven heeft Hees en Leende, het land van Montcornet en van Bassengis, en het land van Gaasbeek (Van Mieris, II. 663; in nostro codice tamen textus multo longior est).

36. 1344 feria quinta post S. Petri et Pauli apostolorum (Juli 4). — Capitulum S. Salvatoris Traiectense se bona, quae Wilhelmus dominus de Hoorne et de Althena ab eo tenuit sub annuo pacto, Gerardo eius filio et in dictis dominiis successori concessisse testatur.

37. 1345. — Excerptum ex libro cronicarum intitulo „Fasciculus Temporum“, de bello Frisico in quo occubuit Wilhelmus comes Hollandiae cum multis nobilibus, i. a. domino de Hoorn.

38. 1345 Dec. 20. — Ludovicus, Romanorum imperator, Theodericum de Hoorne tamquam tutorem Wilhelmi, Gerardi de Hoorne fratris, de castro Althena infendat.

39. 1349 des woensdachs naer S. Jans dach als hy onthooft wiert (Sept. 2). — Schuldbrief van Willem, heer van Hoorn en Althena, en zijn momboor Diderick van Hoorn, heer van Perweis en Cranenburgh, aan hun haljuw en rentmeester Staelfken (Staessen?) van Brakel.

40. 1351 (April 21). — Graaf Willem van Holland beleent Willem, heer van Hoorne en van Althena, met de heerlijkheid van Althena.

41. 1351 des sondaechs naer S. Servaesdach in den Meye (Maii 15). — Diederick van Hoorne, heer van Perweys en Cranenborch, belooft zijn neef Willem van Hoorne en Althena, dat hij alle brieven betreffende de heerlijkheid van Hoorne, Althena of Gaesbeke te Weert zal „overleveren in eenen sekeren slot“, waarvan de heer van Arckel en zij beiden elk een sleutel zullen bewaren tot zijns neefs meerderjarigheidsverklaring.

42. 1357 des donderdaechs naer onsen Heeren opvaert (Maii 25). — Rechter, raad, schepenen en die gemeene poort van Woudrichem verbinden zich de straf bepaling omtrent vrouwecracht in het handvest, door Willem, heer van Hoorn en Altena, in 1356 gegeven, te zullen handhaven en beloven, dat de burgemeesters van alle accijns, gemeente(?) en renten, die de heer van Voorne aan hunne stad heeft geschonken, rekening zullen afleggen voor diens afgevaardigden en voor de schepenen van Woudrichem.

43. 1363 op S. Wilborts dach (Nov. 7). — Diederick, heer van Hoorne en van Althena maakt bekend, dat hij aan heer Jan van Heeckeren de helft van 40 morgen lands, gelegen in het gericht van Almkerck, heeft verkocht.

44. 1369 op des heylighs Cruysdach inventio (Maii 3). — Diederick Loef van Hoorne, heer van Herstal en Montkornet, maakt bekend, dat bij zijn overeenkomst met zijn neef Willem, heer van Hoorn en Altena, betreffende de door zijn ouders nagelaten goederen aan dezen de heerlijkheid van Hoorn en van Althena is ten deel gevallen, en verzoekt hertog Albrecht van Beieren, ruwaard, dezen met de heerlijkheid van Althena te beleenen.

45. 1372 April 30. — Willem, heer van Hoorne en Althena, erkent van het kapittel van Oud-munster te Utrecht in leen te hebben ontvaugen de goederen in Althena, die zijn voorvaderen van dit kapittel in pacht hebben gehouden.

46. 1383 op S. Lucien dach der heyliger jouffrouw (Dec. 13). — Willem, heer van Hoorne en Althena, erkent zijn hof te Stiegen(?) c. a. met een op de heide gelegen hoeve in erfpacht te hebben gegeven aan het convent van Keyserbosch.

47. 1385 des maendachs naer S. Symon luden dach (Oct. 30). — Willem, heer van Hoorne en Althena, erkent met de goede lieden der stad Heusden te zijn overeengekomen, dat zij aan zijn tol te Woudrichem van elk geladen schip vier witte grooten zullen betalen.

48. 1386 op S. Peeters avondt (Junii 28). — Goedewaert Snaeckert belooft den heer van Hoorne en Altena, dat hij hem elk jaar rekening zal alleggen van de uitgaven en inkomsten betreffende de visscherijen, die gelegen zijn tusschen Creynsteyn en Puttersteyn.

49. (1463) 1462 martij 14 „naer loop shooffs van Hollandt.“ — Het Hof van Holland certificeert, dat volgens de registeren van Holland de heerlijkheid van Althena in grafelijk bezit is geweest en dat vrouw Jacob deze in 1417 aan Willem, heer van Hoorne en Puetersshem(?) in erleen heeft gegeven.

50. 1427 Sept. 12. — Willem, heer tot Althena tot Cortersem, en zijn vrouw Johanna van Montengny erkennen aan prior en convent van S. Elisabeth, in hunne landen van Hoorne gelegen, te hebben toegestaan al de konijnen te vangen, die op het erf van hun godshuis komen.

51. 1532 den VI dach van Wedemaent (Junii 6). — Lodewijk van Vlaanderen, baljuw van Brugge, erkent de verklaring te hebben ontvaugen van Jan van Waes als procureur van graaf Jan van Hoorne, heer van Weert, van Althena, van Coertershem en van Avelgem, dat deze van den keizer te leen houdt „'t gerechte derde van der geheele gruute van Brugge metten gerechten derde van den huise van der selver gruute.“

NB. Permultarum chartarum sigilla descripta sunt; praeterea annotatum est in quibus locis exstant.

52. 1533 Aug. 28. — Verklaring van „Arendt Zandelijn Raidt vanden leenhove ende Cornelis barthouts griffier vanden selven hove“ omtrent de copieën, die zij van de boven beschreven charters hebben gemaakt.

53. Annotationes genealogicae de primo domino de Heusden et de primo domino de Altena. — Fol. 186—188 vacant.

In bibliotheca Soc. hist. Traiecti ad Rhenum. Donum v. nob. et doct. J. L. W. de Geer van Jutfaas; vide *Kronijk v. h. Hist. Gen.*, VIII (1852), 341.

## 1647

*Chart. circ. 160 × 147. 42 pag., quarum 2, 4, 20, 22, 24, 41 vacant. Saec. XVII ineuntis.*

**Joannes de Witt, Inscriptiones variaque tam prisici aevi quam medii et moderni saeculi monumenta diversis in locis et regionibus observata.**

- Pag. 3: Joannis de Witt epistola qua inscriptiones in Frisia, in Gelria et in Hollandia notatas Arnolde Buchelio dono dat, dd. XII kal. Junii 1609.
- „ 5—6: LEUWARDIAE: in aede sacra primaria et in porta urbis, qua Bolswardiam itur.
- „ 7—9: GRONINGAE: in aede basilica D. Martino sacra; in aede sacra veteri quam vulgariter „der Akerk” nuncupant.
- „ 10—11: NEOMAGI: in loco vulgo dicto „het Valckhoff”; in cemiterio primariae aedis sacrae.
- „ 12—13: In aedibus sacris ARENACI et ZUTPHANIAE et HAGIS COMITIS.
- „ 14: HARLEMI: in fano quod Foro proximum est.
- „ 15: DELPHIS: in aede sacra veteri quae in opposito coenobii D. Agathae est.
- „ 16—17: AMSTELODAMI: in aede sacra vetustiori; in aede sacra nova quae prope Forum est; in loco quam Principis aulam vulgariter nuncupant et vulgo dicto „de Admiraliteyt”.
- „ 18: ROTERODAMI: inscriptiones diversis in monumentis.
- „ 19: ENCHUSIS: in turri quae ad portam est qua Hornas itur.
- „ 19: In aede sacra LAUSDUNI.
- „ 23: Joannis de Witt epistola qua inscriptiones Antverpiae notatas Arnolde Buchelio dono offert, dd. viii kal. Sept. 1610.
- „ 25—40: ANTWERPIAE: in aede D. Andreae sacra; in aede D. Georgio sacra; in aede sacra Castrensi vulgo „De Borch-Kerk”; in aede D. Jacobo sacra; in aede summa cathedrali D. Virgini sacra; in abbatia D. Michaelis; apud Minoritas; in templo Cappucinorum; in monasterio quod vulgariter „Ten Vrouwen Bruers” nominant; in Arce Praesidiaria, quae Antverpiae est, vulgo „opt Casteel.”

Anno 1906 codex acquisitus est in auctione-Smissaert, *Catal.*, n. 303.

*Chart. 283 × 177. 464 pag. Saec. XVII.*

**Arn. Buchelius, Inscriptiones monumentaque in templis et monasteriis Belgicis inventa (cum annotationibus latine, belgice et gallice scriptis).**

- Pag. 1—4: AMERSFORDIAE: in templo S. Georgii, in monasterio Bircke aliisque aedificiis.
- .. 4: In pago SOEST: in monasterio Brigidanorum (St. Brigittenklooster).
- .. 4: TER EEM: in aede sacra.
- .. 5—7: RENEN: a. in aede D. Cuneræ sacra.  
b. in monasterio religiosorum ordinis B. Francisci. — Pag. 8 vacat.
- .. 9—10: DUROSTADI: a. in aede sacra.  
b. in monasterio Mariæ Magdalænæ.
- .. 13: VOLLENHOVEN: monumentum Theodori Canteri. — Pag. 11, 12, 14—18 vacant.
- .. 19: MONTFORTH: in aede sacra. — Pag. 20 vacat.
- .. 21—22: CULEMBURGI: in aede sacra.
- .. 23: TIELÆ: in aede sacra. — Pag. 24 vacat.
- .. 25: NARDAE: a. in templo principali.  
b. in hospitiæ publico „den Beyaert” dicto.  
c. in curia. — Pag. 26 vacat.
- .. 27: IN ABBATIA EGMONDAE: inscriptio in limine ostii inter utramque furrim. — Pag. 28—30 vacant.
- .. 31: In castello TER LEDE in regione quæ Batua vocatur.
- .. 31—32: HEUKELOM: in aede sacra.
- .. 33: LEERDAMI: .. .. — Pag. 34 vacat.
- .. 35: ASPEREN: .. .. — Pag. 36 vacat.
- .. 37—38: LINDEN: .. .. — Pag. 39—56 vacant.
